q pus: ꝫ eēt qddā creatū aut ꝯcreatū. Neq valet

secūda īprobatio. qꝛ licet illuīatio aeris tenebrosi ꝑ solē ſm̄ cursum qui nūc est non sit terius motus localis ꝑ se. i. sibi essentialis: ē tñ eiꝰ ꝑ se terius qꝛ intētus ⁊ ordinatus a ꝑma cā vt esset terminꝰ motus localis. cuiꝰ rōne recte pōt dici ꝙ in tēpore ꝑcedente illuīationem: sol mouebať ad ipām tanq̄ ad terminū necessario cōsequentē. vñ non est verū vt arguens dicit ꝙ in toto tpē ꝑcedente illuīationem: aer q̄euerit sub esse tenebroso. imo ſm̄ ꝙ sol magis ac magis appropinquat ad emisperiū nostrū magis ac magis fit dispositio aeris ad recipiendā formā luminis: ⁊ ita sp̄ aliter ⁊ aliť se hꝫ. ꝓpter quod nō pōt dici eo ipo tpē ꝙ quiescat cū quiescere in aliquo tpē sit rē nō aliter ⁊ aliť sed eodē mō se hr̄e. ¶ Ad. 3m negať ꝑma ꝯña. et ad eius ꝓbationē dicimꝰ ꝙ nos nō ponimꝰ vt arguēs falliť ꝙ in aliquo instāti tpīs discreti angelꝰ moueť localiť sed in aliq̄bus instātibus: icipit tñ moueri in aliquo instāti. et cū arguēs vlteriꝰ q̄rit vtrū illud instās sit imediatū nr̄o instāti teriāti tpūs quietis aut mediatū: dicimꝰ ꝙ ꝓprie loquēdo neq̄ est illi mediatū neq̄ imediatum. nā non sunt ꝓportionabilia cū sint diuersaꝝ rōnū: ita vt neq̄ vnū alteri possit eē continuum aut cōtiguū vł cōsequēter se hn̄s: sꝫ vnū alteri coexistat. et iō neq̄ est accipere tpūs medium inter vnū et aliud. et iō inanis ē arguētis ꝓcessus sup mediatōe vel imediatione dictoꝝ instantiū fundatus. Nos aūt mediatonē vel imediatonē ponimus nō inter instās tpīs angeloꝝ et instās tpīs nr̄i: sꝫ inter ipa instātia tpīs angeloꝝ ſm̄ ꝙ eoꝝ motus est cōtinuus vel non cōtinuus aut includēs duo instātia tm̄ vel plura. Cū autē arguēs querit q̄d respōdet in tpē nr̄o instāti in quo āgelus incipit moueri localiter: dicimꝰ ꝙ pōt respōdere vel instās aliq̄d signatū vel tpūs. q̄ñ vt dictū fuit i precedēti distinctiōe ad. 4m cōtra quartā cōclusionē: vnū instans tpīs angeloꝝ pōt cōmanere etiā toti tpī nr̄o et vltra. ⁊ cū arguens infert. si respōdet instās: igiť in tpē nr̄o instās est imediatū instāti: negať ꝯña. nō enī sequitur. si inter instās in quo angelꝰ quiescebat ⁊ instās in quo cepit moueri nō est dare tpūs mediū: ꝙ neq̄ sit dare iter instans tpīs nr̄i in quo aliq̄d corpꝰ quiescebat et instās in quo icepit moueri: cū nō sit ꝓportio sicut dictū est iter instātia tpīs nr̄i ⁊ instātia tpīs āgeloꝝ. q̄d aūt arguēs īfert: si tpē rn̄deat instāti ꝑdicto ꝙ s. angelꝰ nō mutať instātanee. s. in illo vno instāti: cōcedimꝰ. nā cōclusio nr̄a ē ꝙ motꝰ localis āgeli eē nō pōt in istāti ꝫ in tpē q̄d plura instātia copulat. ¶ Ad argumēta gregorij ꝫ eādē ꝯclusionē. Ad. pm dicimꝰ ꝑmo ꝙ nr̄a opinio nō ponit vł loquēdo ꝙ angelꝰ deserit simul totū locū a q̄ discedit. sꝫ id ponit q̄ñ motus eiꝰ est nō cōtinuus sꝫ si motꝰ eius cōtinuꝰ sit: nō deserit totū locū simul sꝫ successiue. Qꝛ tñ ratio arguētis ꝓcedit de motu angeli nō cōtinuo: dicimꝰ secūdo. ꝙ si deserere totū locū simul ꝓprie capiať ꝑ nō esse iā in eo loco: tūc in instāti. c. āgelus ē in loco. b. cū aūt arguēs ex hoc infert: igiť in instāti. c. mutať ex. a. in. b. negať ꝯña. et ad eiꝰ ꝓbationē dicimus ꝙ vt S. T. inq̄t. pº sen. d. 37. q. 4. ar. pº ad. 3m. Et. pª par. q. 53. ar. pº ad. pm. valeret ꝯña si motꝰ āgeli ponereť cōtinuus. nā qꝛ nullū cōtinuū est i terio suo: iō nichil moueť motu cōtinuo dū est in terio a quo vel dū est in terio in quē. sꝫ si motꝰ non sit cōtinuus: ꝑs motꝰ est in terio a quo ⁊ ꝑs motus est in terio in quem. qꝛ ipa successio diuersoꝝ vbi circa idē mobile: motus dr̄. vñ in quolꝫ illoꝝ vbi res q̄ moueť sit: illa dr̄ moueri. arguēs aūt falliť in suo processu volēs argumētari de motu āgeli nō cōtinuo et de tpē eiꝰ discreto ad similitudinē tpīs nr̄i cōtinui ⁊ motꝰ cōtinui corpoꝝ: cū tñ tanta sit eoꝝ drīa ꝙ sicut dictū est sup: vnū respectu alteriꝰ equoce dicať vel tpūs vel motꝰ. et iō nimirū si alia ⁊ alia ac etiā diuersa vtrisq̄ tribuantur. ¶ Ad. 2m dr̄ ꝙ vt. S. T. docet. pº sen. dis. 37. q. 4. ar. 3º ad. 7m sꝫ motꝰ āgeli motui corpīs coexistat ⁊ simul ēt vterq̄ incipiat: qꝛ tñ sunt alteriꝰ ⁊ alteriꝰ rōnis ⁊ similiter tpūs ⁊ instās quo vterq̄ mensurať ē alteriꝰ ⁊ alteriꝰ rōnis ac ꝑ hoc improportionabilia: nō est incōueniēs ꝙ dū motꝰ āgeli est i duobꝰ tm̄ instantibꝰ: motus corpīs sit in infinitis: sꝫ quātūcūq̄ duret motꝰ corporis tantum dē duret ēt motꝰ angeli. imo et ꝙ q̄ñ corpꝰ est in medio instāti: āgelus in nullo loco sit cū nō sit necessariū eū sp̄ eē in loco. et ita ꝙ ſm̄ coordinationē illiꝰ tpīs: nullū nūc āgelo rn̄deat sꝫ tm̄ euum. ſm̄ hoc ergo nō est necesse vt arguēs supponit ꝙ sp̄ ⁊ infallibiliť veꝝ sit ꝙ dū sol moueť a tali loco ad talē: āgelꝰ moueať a tali loco ad talē. neq̄ ēt ꝙ motꝰ āgeli sp̄ coexistat motui corpīs lꝫ simul incepeꝛint. et ita quāuis iter duo tpā in quoꝝ vno sol mouebať quādiu āgelꝰ q̄escebat in. a. et i alio q̄diu angelꝰ ē in. b. cadat istās vł tpūs mediū: nō inde seq̄ť ꝙ illō mediū cadat vel inť tpā vel iter istātia q̄bꝰ mēsurať motꝰ āgeli. cū ergo poniť ab arguēte ꝑ casum ꝙ duo tpā ꝑdicta q̄bus sol mouebať copulenť ad instās mediū q̄d sit. c. et q̄rit aut in istāti. c. āgelꝰ est i. a. tm̄ aut in. b. tm̄ ⁊c: dicimus ꝙ pōt cōtingere si āgelus vult ꝙ in istāti. c. sit ꝑ coexistentiā: nō tanq̄ in ꝓpria mēsura in. a. aut ꝙ etiam sit in. b. Et cū arguēs īferēs ꝯtra primū querit vtrum instāti quo primum āgelus est

in termio ad quē correspōdet in tpe nr̄o instans
.c. aut aliud sequēs: dicim⁹ q̄ corrn̄det ei p existē
tiā aliq̄ vel instās vel tp̄s. nā vt dictū est sup̄: nō
est necessariū q̄ instāti angeli respōdeat instans
tp̄is nr̄i. nā pōt ēt illi correspōdere tp̄s. Et cū ar-
guēs cōtra īfert q̄ tūc erit aliqd̄ tp̄s post istās. c.
in quo angel⁹ adhuc erit in. a. ⁊ p ɔ̄ñs q̄ tp̄s ante
instās. c. nō fuit totū tp̄s in quo āgelus fuit ī loco
. a. et tn̄ sumptū fuit totū per casum: negat̄ ɔ̄ña.
nā nūc arguēs q̄rebat de īstāti tp̄is nr̄i correspō-
dente instāti angeli quo p̄mū fuit in termino ad
quē q̄ui erat. b. et reliq̄rat instās vel tp̄s quo fue
rat in. a. ac p hoc iā sumptū fuerat totū tp̄s ī quo
angel⁹ fuisset in. a. vn̄ falsum ē qd̄ vlteri⁹ arguēs
infert q̄. s. in toto tp̄e ante. c. āgelus fuit in loco. a.
et in instāti. c. teriante illud tp̄s est in loco. b. q̄m
vt diximus: aliud instās post. c. correspōderet stā-
te casu instāti quo āgelus eēt in. b. et nō ipsum. c.
Falsū est p̄terea qd̄ arguēs vltimo dicit q̄ q̄ren-
tes cōiter vtrū angel⁹ possit localiter moueri in
instāti: loquant̄ de instāti tp̄is nr̄i. imo recte q̄rē-
tes ⁊ intelligētes loquunt̄ de instāti tp̄is angelo
r̄. et iō r̄ndere de instāti vel tp̄e nr̄o: non est loq̄
ad intentionē recte q̄rentiū ⁊ intelligentiū s̄ ad
intētionē nō valentiū corpa ⁊ sensibilia ista trā-
scēdere. ¶ Ad. 3ᵐ dr̄ q̄ nequaq̄ fuit p̄batū quod
arguēs hic assumit. s. q̄ per totū tp̄s teriatū ad
instās. c. fuerit āgel⁹ in casu posito in terio a quo
et in instāti. c. non fuerit in illo sed in termino ad
quē. imo vere respōsum est q̄ tā in toto tp̄e vsq̄
ad. c. q̄ etiā in instāti. c. angel⁹ fuit in terio a quo.
et in alio instāti post. c. fuit in terio ad quē. Cum
aūt arguēs querit de vltimo instāti sue quietis ī
terio a quo vtrū fuerit imediate ante. c. vel post
dicim⁹ q̄ neq̄ ante neq̄ post: s̄ ip̄z. c. fuit vltimū
instās sue quietis. vn̄ argumentū p̄cedit ex insuf
ficiēti diuisiōe ac p hoc nichil cōcludit. neq̄ cum
recurrim⁹ ad aliud instās vel tp̄s preter nr̄m: est
fuga vt arguēs imaginat̄ nō valens ad sp̄ūalia ⁊
insensibilia mēte cōscendere: s̄ est recta itelligē-
tia et equa rerū cōparatio dū sp̄ūalia sp̄ūalibus
metimur q̄uis aīalis hō non p̄cipiat. ¶ Ad. 4ᵐ
negat̄ ɔ̄ña. q̄z p̄cedit ex falso supposito. s. q̄ mate
ria q̄euerit sub p̄ma forma vsq̄ ad vltimā itrodu
ctionē secunde forme. cū eni nāliter noua forma
nō introducat̄ mat̄ie nisi p̄uia dispositiōe habita
in mā ad illā que nō fit sine motu alteratiōis vel
alio: nō pōt dici q̄ mā p totū tp̄s ante vltimā se-
cūde forme introductionē q̄escebat sub p̄ma for
ma. nā qd̄ mutat̄ ⁊ alterat̄ a dispositiōe in q̄ fuit:
nō q̄escit sed mouet̄. moueri eni est aliter ⁊ alr̄ se
habere nūc ⁊ pri⁹. ecōtra aūt quiescere est nūc ⁊
pri⁹ eodē mō se hr̄e. ¶ Ad. 5ᵐ negat̄ ɔ̄ña. p̄cedit
eni ex illo falso supposito q̄. s. mā quiescat sub pri
ma forma vsq̄ ad vltimā introductionem secūde
qd̄ si verū eēt daret̄ vltimū instās eē p̄me forme.
nā qd̄ q̄escit ī toto aliquo tp̄e: q̄escit ēt in vltimo
instāti teriante ip̄m tp̄s. q̄z q̄escere in aliquo tp̄e
est in toto tp̄e et in quol̄z eius eodē mō se hr̄e. et
iō nichil pōt in toto aliquo tp̄e quiescere sub vna
forma: ⁊ in vltimo instāti tp̄s terminātē fieri sub
alia forma q̄z nō se hēret eodē mō in toto tp̄e ⁊ ī
quol̄z eius ⁊ p cōsequēs n̄ quiesceret in toto tp̄e.
qd̄ aūt mouet̄ in toto aliquo tp̄e pōt fieri sub no
ua forma ī vltimo instāti ip̄z tēpus deteriante. q̄z
cū moueri sit alit̄ se hr̄e nūc ⁊ pri⁹: nō est cōtra rō
nem ei⁹ qd̄ mouet̄ in toto aliq̄ tp̄e ī vltimo eius
instanti fieri sub noua forma cū hoc sit alit̄ se hr̄e
q̄ p̄us. qd̄ nō repugnat motui s̄ cōsonat ei qd̄ di
cebat̄ ip̄m moueri in toto tp̄e qd̄ est alr̄ et alr̄ se
hr̄e ⁊ in tp̄e ⁊ ī vltimo instāti tp̄s teriante. Et de
hoc. S. T. p⁹. p. q. 53. ar. 3° in. c. ¶ Ad. 6ᵐ. dr̄ q̄
assumptū in rōne. S. T. verissimū est ⁊ ex signifi
catiōe teriorum p̄batū. nā qd̄ in aliquo toto tp̄e
eodē mō se h̄z: nichil ip̄ius tp̄is est ī quo nō eodē
mō se hēat ⁊ ita neq̄ mediū neq̄ vltimū instās.
nā q̄ totū dicit nichil excludit. et consimiliter qd̄
mouet̄ in aliq̄ toto tp̄e: in quol̄z eius instāti alr̄ ⁊
alit̄ se h̄z q̄ pri⁹ et nullū instās ei⁹ est in quo non
aliter ⁊ alr̄ se hēat q̄ prius. vn̄ p̄z q̄ expositio ar-
guētis repugnat rōni teriorum ac p hoc q̄ nō sit
dignus r̄nsiōe aut disputatiōe s̄z regulā ph̄i. 4°.
metha. ridiculum eni est cum supponitur hoc eē
in toto tempore: exponere preter q̄ in isto vl̄ illo
instāti. nā si excipit̄ aliquod instans: non iam ve
rum erat hoc esse ī toto tempore vt supponitur.
quia vt dicebat̄: qui totum dicit nichil excludit.
et hoc ipsum probat ph̄s. 6° phy. q̄ sc̄z si aliquid
quiescit in toto tempore: in quolibet ip̄ius tem-
poris quiescat. Quod autem arguens adducit
per simile in motu: non probat eius propositum.
nam falsum assumit q̄ sc̄z non in quolibet instan
ti temporis mensurantis motum cōtinuum mo-
bile se habet aliter q̄ prius. imo in ipso instanti
initiante motum: mobile aliter se habet q̄ prius
quia tunc initiat motū quem prius quiescēs nō
inchoabat. neq̄ ex hoc sequit̄ q̄ sit dare in tali mo
tu p̄mū mutatū esse. nā incipere moueri nō est
mutatū esse. q̄z mutatum esse ex formali rōne di
cit terminū motus nō p̄ncipiū. Neq̄ itez valet
quod vlterius arguens infert. nam falsum assu-
mit q̄. s. idip̄m instās quo initiat̄ mot⁹: sit terius
tp̄is mensurantis quietē p̄cedentem imo ē aliud
instans. vn̄ totū argumentum ex falso procedit.

¶Ad.7^m dr̃ q̃ assumptũ est falsum. et ad ei⁹ p-
bationem dicim⁹ q̃ ph̃s vbi allegatur: loquit̃ fm
opinionẽ illoꝝ contra quos arguit. vñ ratio eius
nõ est demõstratiua sed ad hoiem ad cõtradicẽ
dum. s. positioni aliorum q̃ illud cõcedebãt. put
S. Tho. exponit super eo loco in cõmento. Au-
ctoritas autẽ cõmentatoris in hac parte nõ nos
cogit. nã vt ibi. S. Tho. dicit: dicta ei⁹ de resistẽ-
tia i motu grauiũ ⁊ leuium omnino sunt friuola.
et de hoc lati⁹ dictum est in tertio nõbili. vñ res-
ponsio quam arguens dat bona est. Neq̃ valet
eius iprobatio prima. nã concedimus qd̃ arguẽs
reputat incõueniens. s. q̃ deus nullũ corpus mo
uere potest in instanti stante eius corporeitate.
nã implicat cõtradictionem. put ex dictis. S. T.
accipitur. 4° sen. d. 44. q. 2° arti. 3° sub ar. 3°
in. cor. et ad. 4^m. vbi expsse dicit q̃ q̃uis mouẽs
sit virtutis infinite: nõ sequitur q̃ moueat aliqd̃
corpus in instãti. quia lz resistẽtia qua mobile re
sistit mouenti per contrarietatẽ quã hz ad motũ
talẽ rõne inclinatiõis ad cõtrarium motũ possit
a mouente infinite virtutis totaliter superari: tñ
resistẽtia quam facit ex cõtrarietate quam hz ad
locum quem intendit motor p motum: non põt
totaliter superari nisi auferat̃ ab eo esse i tali lo-
co vel in tali situ qd̃ tolli nõ põt nisi auferatur ei
sua corporeitas per quã debet̃ ei locus et situs.
vñ quãdiu manet in natura corporis: nullo mõ
põt moueri in instãti quantacũq̃ sit virt⁹ mouẽs
hec ille. ¶Ad. 2^m iprobationẽ negat̃ ꝯña. neq̃
valet eius pbatio. pcedit enĩ ex falso supposito.
nã nos nõ ponim⁹ q̃ distinctio mobilis a mouẽ-
te sit sola cã neq̃ pcipua qua mot⁹ fieri nõ possit
in instãti: sed causa est resistẽtia ⁊ incõtingentia
situum aut terminoꝝ. put. S. Tho. inquit loco
preallegato. et magis expsse. 9°. qdl̃z. ar. 9°. ad
p^m qz. s. nõ contingit angelum aut corpus ab eo
motũ esse in duob⁹ locis simul. vñ cõcedimus q̃
nullũ corpus potest angelus mouere in nõ tpe.
Alia aũt que arguens infert negamus nec ille ea
probat. lz enim nullus angel⁹ possit mouere cor
pora in instanti: nõ inde sequit̃ q̃ perfectior ⁊ su
perior angelus nõ possit illud mouere in minori
tpe q̃z inferior. nec etiã sequit̃ q̃ sit dare minimũ
tẽpus absolute loquẽdo in quo angelus moueat
q̃uis sit dare minimũ tempus respectu virtutis
angelice. ¶Ad. 3^m iprobationẽ dicim⁹ q̃ nõ no
bis obstat. cõcedimus enim ꝯñam: et ꝯñs ẽ veꝝ:
neq̃ valet ei⁹ improbatio: nã supponit falsum. nõ
enĩ ea quã dicit est nr̃a opinio sed contraria sicut
apparet ex tertio nõbili. ¶Ad. 4^m iprobationẽ
dicim⁹ q̃ pcedit ex illo falso supposito ex quo p-
cedit secũda. qd̃ aũt arguẽs inducat de illũiatiõe
medij ⁊ de causatione spẽi in medio: dicim⁹ q̃ nõ
est simile vt supra dictũ est. qz ista nõ sunt mot⁹
sed terminũ mot⁹ vt supra dictũ est. nos aũt loq
mur de motu locali angeloꝝ q̃ nõ est terius alte
rius motus. Et de hoc. S. Tho. p° p. q. 53. ar. 3°
Et. p° sen. di. 37. q. 4. ar. 3° Et. 9° qdl̃z. ar. 9°. et
11° arti. 4°. ¶Ad ea q̃ inducit ꝯ secundũ qd̃ nr̃a
opinio dicit: negat̃ assumptũ. neq̃ valet ei⁹ pba
tiones. nõ prima. nã ꝯña est falsa. qz vt parũ sup
dictũ est: põt vnus angel⁹ veloci⁹ mouere corp⁹
q̃z alius et si null⁹ possit mouere in nõ tpe. Neq̃
valet secũda. nã cõcedimus totũ pcessum. nec ẽ
absurdũ nisi nolẽtibus audire aut nõ valentibus
intelligere. Neq̃ tertia pbatio valet. nõ enĩ p-
bat suũ ppositũ. nã cõcedimus qd̃ arguens non
satis intelligẽs regulas phisice discipline hz pro
incõuenienti. s. q̃ aial cadẽs de turri ad terrã nõ
in instãti sed in tpe descẽderet. et illd̃ expresse cõ
cedit. S. Tho. 9° qdl̃z. ar. 9° ad. 3^m ¶Ad. 8^m ne
gat̃ assumptũ quãtũ ad id qd̃ dicit de descensu in
instãti et q̃ nulla eẽt resistẽtia. sicut illud expresse
negat. S. Tho. loco sup allegato in. 4° li. ¶Ad
9^m. dr̃ q̃ añs est falsũ. nec valet ei⁹ pbatio pma.
nã assumit falsum. et ad ei⁹ pbationẽ dr̃ q̃ q̃uis
mediũ nõ resistat mobili neq̃ mobile motori p
cõtrarietatẽ quã hẽat rõne iclinationis ad cõtra
riũ motũ: resistit tñ pp̃ter cõtrarietatẽ quam hz
existẽs i vno loco ad locũ aliũ quẽ intẽdit motor
per motũ. et de hoc. S. Tho. vbi allegatum ẽ in
4° li. Neq̃ valet secũda. nã iteꝝ assumit falsum
et ad ei⁹ pbationẽ cõcedim⁹ q̃ corpora gloriosa
per dotẽ agilitatis mai⁹ tp̃s apponãt celus partib⁹
in trãsceũdo spaciũ mai⁹ q̃z in trãsceũdo spaciũ mi
nus. et ad auctoritatẽ Aug. rñdet. S. T. vbi sup
in. 4° li. in rñsiõe ad. 4^m q̃ in v̾bis Aug. par cele
ritas ẽ intelligẽda nõ simplr̃ s̃ q̃ztũ ad hoc q̃ est
impceptibilis excess⁹ vni⁹ respectu alti⁹: nõ q̃
fm v̾itatẽ vna celeritas nõ sit maior alia. ¶Ad
10^m qd̃ est corruptorij pz rñsio ex solutiõe ad. 2^m
Scoti ꝯ tertiã ꝯclusionẽ. ¶Ad argumẽtũ ĩ ꝯtrariũ p
positũ rñdet. S. T. p° p. q. 53. ar. p° ad. p^m. q̃ rõ
illa dupliciť deficit in pposito. pmo qdẽ qz demõ
stratio Aris. pcedit de idiuisibili fz quãtitatẽ cui
rñdet loc⁹ de necessitate idiuisibil̃ qd̃ nõ p̃t dici d̾
angelo. Secũdo. qz demõstratio Aris. pcedit de
motu cõtinuo. et ita nõ ẽst ad ppositũ loquẽdo
de motu ãgeli nõ ꝯtinuo: pcedit tñ de motu ãge
li ꝯtinuo quãtũ ad hoc q̃ ãgel⁹ dũ sic mouet̃: ptĩz
est in termino a q̃ ⁊ partim i termino ad quẽ: vt
tñ ptialitas nõ referat̃ ad s̾bam angeli s̾z ad locũ
et i hoc articulus terminatur.

¶ Distinctio septima.



Circa septimam distinctionē querit̄ primo vtrū voluntas demonum sit obstinata in malum. Et arguit̄ ꝙ non. quia maior est misericordia dei que ē infinita ꝙ̄ demonis malicia que finita est. sed a malicia culpe ad bonitatem iusticie nullus redit nisi per dei misericordiam. ergo etiam demones a statu malicie ad statum iusticie redire possunt p dei misericordiam. ¶ In oppositum arguitur. quia in psalmo dicitur superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. quod de demonibus exponit̄. ergo semper obstinati in malicia perseuerant. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



Quantū ad primum articulum sit prima cōclusio ꝙ angelus beat⁹ peccare nō pōt. Hanc cōclusionez tenet. S. Tho. in hac distin. q. prima. arti. pmo. Et pma pte. q. 62. arti. 8°. Et d veri. q. vl materia. 24. arti. 8°. ¶ Secunda conclusio ē ꝙ angelus malus seu demō habet volūtatem obstinatā in malo. Hanc pclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. pma. arti. 2°. Et pma pte. q. 64. arti. 2°. Et de veri. q. vel materia. 24. arti. 10. Et in. q. de malo. q. vel materia. 16. arti. 5°.



Quantum ad articulum secundū ponende sunt obiectiones aduersariorū. Et quidē cōtra probationez prime conclusionis que videt̄ fundari super hoc ꝙ sola visio clara diuine essētie reddit videntē impeccabilē: arguit Adam pmo senten. distin. pma multipliciter. Primo sic. cōstat indt testimonijs sanctorū et experiētijs cōfessorū et martyrum ꝙ illā libertatē habet volūtas respectu cuiuslibet obiecti alterius a deo quādiu non absorbetur vsus rationis: ꝙ actū diligendi illud obiectum pōt suspendere mediate vel imediate et nō ponere illū mediante iudicio deliberatiuo vel noticia cōpositiua vel diuisiua. alioquin passio allectiua vt in venereis vel afflictiua vt ī martyrijs posset esse ita vehemēs ꝙ voluntas habita quantūcūqꝫ pfecta deliberatione: esset inculpabilis hic psequendo vl ibi fugiēdo seu deū abnegādo qd nō cōcedit̄. ergo cū experiētia vbiqꝫ sit pro libertate voluntatis mediante deliberatione: nō est rationabile talem libertatem in pposito respectu dei clare visi si non cōfirmetur in bono a voluntate sic videntis negare. et vltra voluntas clare videntis deum: pōt ipm clare visuz nō diligere. ergo pōt illum odire vel aliqd illi displicibile velle et sic volēdo peccare. ¶ 2° sic. Si aliquid obstaret ibi huic libertati: hoc videretur esse infinitas diligibilis. vel quia deficeret circa tale obiectū omne cur suspēdendi dilectionē. sed neutrum hoꝝ obstat. Primū quidē non. Tū qꝛ in via tenemus firmissime deū bonitatē esse infinitam: et tamē contingēter et libere ipsum apphensum sub ratione infinite bonitatis diligimus aliter nō mereremur ex hoc ꝙ ipsum sic apprehēsum diligeremus. sed potius ex hoc ꝙ sic apprehēderemus qd nō dicitur. Tū secūdo quia bonitas ista infinita licet moueat voluntatē seu cōcauset in ea dilectionem sui: hoc tamē solum facit libere et cōtingēter. sicut et quicquid opatur ad extra. et p cōsequēs ex parte actiuitatis obiecti nō oritur necessitas diligendi. nec etiā ex parte voluntatis clare. quia illa nō causat dilectionē alicuius obiecti nisi mediante cognitione eius vel apprehensione. sed omnis cognitio vel visio dei ī creatura finita est et nulla infinita. Tum qꝛ respectu dilectionis mere naturaliter a voluntate creabilis respectu dei clare visi qualez oportet dare vt probatum est alias: non videtur ꝙ obiectum aliquid faciat vt obiectū vl ex hoc ꝙ obiectū ē: nisi forte ꝙ iam egit illius obiecti cognitionem: licet aliter in pposito agat eo modo quo nichil potest agi nisi deus coagat. sicut in alijs obiectum visuz non efficit amorem sed cognitio obiecti. vnde si deus causaret in lubrico speciem vel visionē pulcherrime mulieris sine existētia obiecti: ita inflamaretur eius appetitus brutalis: et sic voluntas moueretur ad cōsensum: sicut si realiter presens esset: sic inquit ita est in alijs ꝙ amabile non causat effectiue sed solūmodo per modum finis ex hoc ꝙ est amabile amorem sui: licet effectiue causet cognitionem que est effectiua causa amoris. ita videretur esse in pposito de amore naturaliter causabili a volūtate creata respectu dei clare visi. ergo cum cognitio illa seu visio nō iproportionabiliter in agendo sicut nec in essendo excedat visionez obiecti respectu alterius a deo: vbi

tamen certū est volūtatē libere agere mediante notia deliberatiua prehabita. ergo nō videtur ꝙ voluntas necessitet omnino talē dilectionem causare respectu dei clare visi. Secundum vero nō obstat. sufficiēs enī cur vel causa posset eē voluntati experientia an posset a dilectione causāda vel cōtinuāda desistere ad horā. ¶ 3ᵒ sic. Deus potest ad horā si sibi placet dare alicui fruitionē et certificare talē ꝙ post talem horā nō habebit fruitionē illam. ergo talis potest velle carere illa fruitione: etiam stātibus visione et fruitiōe adhuc. quia nō est sibi impossibile cōformare se deo ī volito: et acceptare illud qđ deus de ipso ad horam disponit. sed hoc eēt sibi impossibile: dato ꝙ deū clare visum necessario diligeret. quia si deum sic clare visum diligeret: necessario tunc haberet amorem ita efficacem erga ipsum et ita ad desiuum ei ꝙ illo stāte nō posset velle carere eo sine quo illud amatū minime haberetur. sꝫ tale ē cognitio et dilectio iam habita respectu talis obiecti. ergo illo velle tūc carere nō posset cuius oppositum ꝓbatū est. volito enim fine aliquo cum effectu. i. efficaciter et scito ꝙ tale vel tale requirit ad eius cōsecutionē vel tentionē finis sic efficaciter amati sicut exemplificari pōt exēplo Ansel. ď libero arbitrio capitulo. 5ᵒ. vbi dicit ꝙ aliqua est volūtas. i. volitio qua volumus aliquid ꝓpter se: vt cū volumus sanitatē propter se: et alia cuꝫ aliquid volumus ꝓpter aliud: vt cum volumus bibere absinthiū ꝓpter salutē. scito enim ꝙ potatio absinthij requirit oio si habebit salus. vel retinebitur si simul cum hoc volo efficaciter idest volo omnino cōsequi sanitatē vel tenere: illa volitio necessitat me ad velle bibere absinthiū. ergo similiter in ꝓposito. ¶ 4ᵒ. Quia deus posset p̄cipere voluntati ꝙ conaret suspendere amorē quo amat deum clare visum. ergo ipsa potest velle illum amorem suspēdere. sed hoc nō esset cōpossibile sibi si deuꝫ clare visum necessario diligeret et scire dilectum ipm nō posse haberi sine amore et cognitione ipsius tēporis. igitur et c̄. ¶ 5ᵒ. Et similiter potest argui de aliquo moriente cum reatu pene in purgatorio soluende. talem enim posset deus ad punctū admittere ad pregustationem visionis et beatifice fruitionis: et tūc ostendere sibi ꝙ nisi esset debitū pene: ex tunc illā haberet. et ꝙ in purgatorio deberet soluere penā debitaꝫ interruptā tali beatitudine sua et post redire in ipsum. et cum talis esset in charitate posset se cōformare deo in volito. et cogitare ꝙ iustū sit ei ꝑnare ei ad tēpus dilecto suo et velle hoc cuꝫ deo. sed hoc vt preostēsum est non videretur: si clara dei visio necessitaret talem ad frutionem obiecti visi: ita ꝙ nullo modo ex quacūqꝫ causa possꝫ nō frui eo quantū esset ex parte sui. quia tūc simpliciter necessitaret velle ipsam fruitionē: cōceptā esse mediū sine quo nō haberetur illud obiectuꝫ amatum. ¶ 6ᵒ. Quia cū dei clara visione stat ꝙ deus ꝑcipiat cōpositiue et diuisiue sub ratione displicibilis et etiam incōmodi veri vel estimati puta sub ratione punitiui vel subtrahentis auxiliuꝫ desideratum seu sub aliqua alia simili conditiōe. omne autē apprehensum sub ratione displicibili: pōt volūtas nō velle. vnde aliqui ꝓpter penas vel alia infortunia que incurrere ꝑmittuntur: r̄enuunt deū. Quod cōfirmat. quia talē deus posset punire pena sensus vel dāni sine eius sufficiēti demerito. et tunc talis posset offendi et impatienter portare talē nō meritā afflictionē. et per consequēs nō diligere sed potius offendi de puniente. ¶ 7ᵒ. Quia obiectum infinituꝫ clare vel obscure visum aut cognitū: nō mouet intellectū aut volūtatem nisi finite: quia passiuū nō est receptiuū motionis nisi finite. nec mouet ad volendum ipm ꝑ modū obiecti effectiue nisi causando cognitionē sui finitā que immediate actiue mouet ad volitionē. igit solū finite fortius mouet voluntatem ad appetēdum vel volendū ipsum q̄ꝫ delectabile finitū. capiat igit delectabile finitū in eadem ꝓportione fortius motiuū volūtatis ad volendū ipsum q̄ꝫ fuit p̄mū delectabile datū et sit p̄mum. a. secūdū. b. sequit ꝙ si visio obiecti infiniti necessitat ad volitionem ipsius: ꝙ visio proportionabilis respectu. b. necessitabit post deliberatiuam cognitionē amare vel eligere ipm. ꝯñs est falsum. igit et añs. falsitas ꝯsequētis patet. quia vnū delectabile finitū nō plus necessitare potest voluntatē ad volendū ipsuꝫ stāte vsu et iudicio rationis q̄ꝫ aliud. igit et c̄. ¶ 8ᵒ. Deus clare visus pōt odiri. igitur multo magis pōt non diligi. añs probatur. quia cōstat ꝙ aliquis iudeus odiuit xp̄ꝫ sicut patet ex testimonio christi in euangelio. sed potuit fuisse ꝙ deus alibi codeꝫ tempore q̄ talis iudeus odiuit hominē deum corporaliter visum alibi miraculose vidisset clare diuinitateꝫ. igitur deus clare visus fuisset oditus ab illo. ¶ 9ᵒ. Si quilibet clare videns deum necessario diligeret eum: tunc per ꝯñs clare videns deum esset cōfirmatus: quia non posset nō frui deo. ꝯñs est falsū. quia constat ꝙ angeli mali non fuerunt cōfirmati ante lapsum. et tamen fm Augustinū. 2ᵒ. sup geñ. ad litteram capitulo. 13ᵒ. et libro. 4ᵒ. capi. 28. ipsi clare viderunt deum. et capi. 14ᵒ. scđi libri hoc idem innuitur. ¶ 10. Si ex dei clara visione

quis esset confirmatus: non posset ex tunc pecca
re. et p ꝯñs quilibet esset certus d eternitate sue
beatitudinis. ꝯñs est falsuz. quia paulus et moy
ses viderunt deũ clare: et tamẽ neuter fuit cert⁹
de eternitate sue beatitudinis: nec etiã confirma
tus seu impeccabilis. manifestũ est enim ꝙ vter-
qꝫ pdidit illam post extasim. et etiam moyses po
stea grauiter peccauit. et paulus licet sibi cõscius
nõ esset: tamẽ sine peccato se asserere non aude-
bat. ¶11°. Nõ minus libere et cõtingenter fruit
quis deo clare viso ꝙ̃ vult beatitudinẽ apprehẽ-
sam. omnes. n. naturaliter volunt beati esse ſm
Augustinũ. 13°. de trinitate capitulo. 5°. et tamẽ
libere põt quis nõ velle beatitudinem apprehen
sam. quia libere potest quis velle sibi miseriam
eternam. nã diabolus potest ſm rectam rationẽ
eligere suã miseriam eternam. et per ꝯñs potest
libere velle eam. et ita põt nolle beatitudinez si-
bi. assumptũ patet. quia posito ꝙ deus daret dia
bolo optionem an vellet esse sicut nunc ẽ et sem
per miser vel simpliciter nõ esse: quẽ casũ tractat
Augustin⁹. 3°. de libero arbitrio: tunc ipse ſm re
ctam rationem deberet eligere semp sic miser eẽ
seu sic esse eligere deberet. igitur hoc eligere pos-
set. ¶12°. Viator potest velle non eẽ. et per ꝯñs
potest sibi nolle beatitudinẽ. igitur eadẽ ratione
vidẽs deum clare: põt non velle deum vel nolle
ipsum. primũ assumptũ patet de achitofel. 2° re
gum. et de Saul pmo regũ. et de iuda et de alijs
qui se occiderũt. et pma ꝯña patet p Augustinũ
11° de ciuitate dei capitulo. 27. porro inquit taz
nemo est qui nõ eẽ beatus velit. quomodo enim
põt beatus esse si nichil sit. 7 vltima ꝯña patet. qꝛ
nõ manifesta necessitate videns deũ vult deum
clare visuz: aut cum diligit quẽ velit sibi bene eẽ
¶13°. Possibile esset ꝙ aliquis dãnandus clare
videret deum. et tali sic videnti deũ: de⁹ reuela-
ret aliquã paruã penam sibi futurã. et hoc posito
talis eo ipo haberet dolorẽ aliquẽ. et p cõsequẽs
suuz gaudiũ precedẽs si gaudebat necessario ali
qualiter minoraretur. quia aliter cuz illo gaudio
possꝫ stare maxima pena qd est impossibile. et si
propter tam paruum dolorem minoraretur suũ
gaudium in aliquo: tũc propter maiorez dolorẽ
plus minoraretur. et sic posset deus facere ꝙ ille
haberet tãtũ dolorẽ etiaz stante clara dei visiõe:
ꝙ ille naturaliter excluderet omne gaudium cõ
sequẽs illam visionẽ. et tamẽ frui nõ est sine gau-
dio. et si excluderet fruitionẽ posset excludere di
lectionẽ dei vt videtur. ¶14°. Si voluntas ne-
cessario diligit deum clare visum. ergo clara vi-
sio faceret voluntatem desinere esse voluntatẽ.

ꝯñs est falsum. et tenet consequẽtia per Augusti
num. 3° de libero arbitrio capitulo. 2°. vbi dicit.
si necesse est vt velim: nõ iam voluntate sed ne
cessitate illud me velle fatẽdum est. et sicut non
voluntate senescimus sed necessitate. sed ꝙ nõ
voluntate velimus quis vel delirus audeat dice
re. Item eodem capitulo dicit ꝙ nichil tam est
in potestate voluntatis ꝙ̃ ipsa voluntas. eo enĩ
prorsus nullo interuallo mox vt volumus p̃sto
est. et post si fieri potest vt dũ volumus nõ veli-
mus: adest vtiqꝫ voluntas volentib⁹. nec aliud
quicquã est in potestate nisi qd volenti adest. vo
luntas igitur nostra nec voluntas esset nisi esset
in potestate nostra. porro quia est in potestate
nostra: libera est nobis. non enim ẽ nobis liberũ
quod in potestate nõ habemus. aut potest non
esse liberum quod habemus in potestate. prima
igitur ꝯña patet. igitur p nullam cognitionez ne
cessitatur voluntas ad diligẽdum. ¶15°. Tunc
clare videns deum nõ posset nõ frui deo. ꝯñs est
falsum. quia quilibet beatus circa deum possꝫ su-
am beatitudinẽ amittere. nam quilibet potest a-
liquem actum suum respectu alterius rei remit-
tere vel non habere. igitur potest nõ habere bea
titudinem fruitiuam. hanc ꝯñam pbo. quia si po
test aliquem actum libere dimittere vel remitte
re: tunc potest peccare habito precepto ꝙ nõ re
mittat vel tollat ipsuz. et p ꝯñs poterit damnari et
nõ frui. assumptũ pbatur de facto. quia angelus
raphael qui assumpto corpore fuit ductor tho-
bie minoris habuit volũtatem ambulandi: et a-
liquando intẽsiorẽ aliquando remissiorem: aliqñ
voluit aliquando noluit. nam dum habuit volũ
tatem ambulandi principaliter ambulauit: 7 nõ
semper ambulauit nec semper eque velocit am-
bulauit: sicut nec thobias. igitur et ꝙ iuste pos-
sit dari tale preceptum patet. quia beatus potest
facilime hoc implere. ¶16°. Ar possibile est ꝙ
videnti deum clare: reuelaretur in verbo. vel a-
lias ꝙ deus sic videntis esset futurus perpetuus
afflictor. vel ꝙ nollet cõtinuare actum illius vi-
sionis vel nollet sibi dare aliquid aliud optatuz
puta eius fruitionem et similia. ergo in tali casu
videns deum clare: odiret deum licet de per ac-
cidens et non per se. ¶17°. Quia omnis poten
tia libere agens et contingenter potest de potẽ-
tia sua absoluta cessare ab actu suo quem sic acti
ue elicit mediate vel imediate. sed voluntas res
pectu cuiuscunqꝫ obiecti libere agit et contigen-
ter. ergo simpliciter de potentia sua absoluta po
test cessare ab actu suo. et ita videns deuz potest
cessare ab actu dilectionis et fruitionis. quia illũ

actum actiue elicit. maior est manifesta. minor patet. quia voluntas non potest necessitari respectu cuiuscunque saltim quin possit cessare ab actu quem actiue elicit mediante deliberatione. hec et similia argumenta facit Adam contra fundamentum probationis prime conclusionis scilicet quod clara visio dei non sufficit ad confirmationem beatorum in bono. ¶ Contra secundam conclusionem et eius probationem arguit Scotus. Et primo contra conclusionem in se probando quod obstinatus dampnatus possit habere bonum actum volendi. Primo. quia demones habent naturalia integra secundum Dionisium de diuinis nominibus. ergo est in eis naturalis inclinatio ad bonum. igitur secundum illam inclinationem possunt aliquid conformiter velle recte rationi. quia potentia vt in natura sua mere consideratur: potest aliquem actum elicere consonum naturali inclinationi. igitur possunt habere actum non malum. quia non est contrarium nature eorum. ¶ 2°. Quia dampnati habent vermem qui est remorsus de peccato eorum. remorsus autem ille est aliqua displicentia. que displicentia non est actus malus moraliter. quia licet possit difformari per circunstantiam inordinatam: tamen sistendo in hoc quod est nolle se peccasse: non videtur formaliter esse malicia moralis. ¶ 3°. Quia si nolunt penam inquantum est lesiua nature: sistendo tamen in hoc absque alia circunstantia: non videtur esse actus moraliter malus. quia sicut potest amare naturam suam non male moraliter: ita potest odire contrarium sibi. ¶ 4°. Quia homo existens in vicio et peccato mortali: potest ex puris naturalibus supposita generali influentia dei habere velle perfecte bonum secundum omnes circunstantias. ergo multo plus hoc potest angelus obduratus ex puris naturalibus. consequentia probatur auctoritate Augustini de fide ad petrum capitulo. 3°. vbi ait quod si possibile esset vt humana natura postquam a deo auersa bonitatem perdidit voluntatis: ex se ipsa rursus eam habere potuisset: multo possibilius hoc haberet natura angelica que quanto minus grauatur pondere terreni corporis: tanto magis hac esset predita facultate. ¶ 5°. In angelis manent naturalia integra et splendidissima secundum Dionisium. sed bene velle secundum nullam circunstantiam in actu excedit naturalem facultatem voluntatis sicut nec secundum substantiam actus. quia ille circunstantie nate sunt conuenire naturaliter illi actui. quia per rationem naturalem concluditur talis circunstantia debere inesse illi actui. sicut patet per rationes philosophorum qui hoc probauerunt. illud autem naturaliter consequitur aliquid quod probatur sibi debere inesse per rationem naturalem. igitur sicut actus volendi secundum substantiam actus non excedit voluntatem angeli: ita nec secundum aliquam circunstantiam. igitur cum angelus possit in actum qui non excedit eius facultatem naturalem: sequitur quod ille possit in actum moraliter perfecte bonum. ¶ 6°. Intellectus angeli non est ita excecatus quod erret circa principia pratica: quia illa sunt nota ex terminis sicut etiam principia speculatiua. igitur cum angelus possit terminos apprehendere et eos componere: potest veritati illius principij assentire. ex illo autem principio potest deducere conclusionem praticam necessariam et si non cognoscat discurrendo: potest conclusio ab angelo videri in principio sicut a nobis ex principio demonstratiue probari vel deduci. igitur sicut voluntas nostra de tali conclusione deducta ex tali principio potest habere volitionem rectam: ita angelus sequendo dictamen intellectus sui potest habere volitionem bene circunstantionatam. ¶ 7°. Quia communiter tenetur quod angelus ex puris naturalibus potest diligere deum super omnia. et ad hoc teneretur si esset in puris naturalibus in statu vie. et per consequens adhoc est naturalis inclinatio ipsius. cum igitur natura sua remaneat integra. et similiter sua inclinatio naturalis: sequitur quod adhuc potest deum diligere. sed actus diligendi ex quo transit super illud bonum: est sine omni mala circunstantia. quia non potest nimis intense diligi. igitur circa deum potest habere actum diligendi moraliter bonum. ¶ 8°. arguit Durandus ad idem. Si demones non possunt bonum facere: hoc inesset eis vel a natura: vel a culpa commissa: vel ab ordinatione diuina. non a natura: quia natura bona est. Item quia si sic statim omnes peccassent cum habuerunt naturam. nec a culpa quam primo commiserunt: quia illa non manet in eis actu. nec ab ordinatione diuina. deus enim non ordinat nec vult mala fieri sed facta punit. igitur et cetera. ¶ 9°. idem arguit. Quia dato quod angelus malus non possit nolle quod semel voluit quod tamen non est asserendum: nichilominus quod non possit aliquod bonum velle quod sit bonum ex genere et ex circunstantijs. nec ratio perspecta conuincit: nec auctoritas. attribuere autem hoc deo omnino inconueniens est qui nec potest esse causa vt aliquis male velit aut in male volito perseueret. ¶ Contra aliam partem conclusionis arguit Scotus probando quod angelus obstinatus non necessario vult malum. Primo sic. quia videtur

q voluntas ex sua libertate posset non velle et nullum actum habere. quod probatur. quia secundum Augustinum primo retractationum capitulo. 22° nichil est tam in potestate voluntatis quam ipsa voluntas. quod non videtur intelligendum de voluntate quantum ad eius esse primum. quia quantum ad esse magis est in eius potestate non voluntas quam voluntas. sed intelligitur quantum ad operari. igitur voluntas magis est in potestate voluntatis quam aliqua potentia inferior. sed voluntas potest aliquam potentiam inferiorem suspendere ab omni actu. igitur et seipsam et sic non necessario vult malum. ❡2°. Quia omne inclinatiuum voluntatis ad peccatum vel ad actum peccati: inclinat ad aliquem actum vnum in specie. ille igitur habitus qui ponitur causa peccandi: aut inclinat tantum ad actum superbiendi: aut tantum ad actum odiendi. ad quemcunque autem actum ponatur inclinare: videtur probare q possibile sit illum actum aliquando non habere. quia potest habere aliuz actum distincte et ex toto conatu et non potest simul habere duos perfectos actus. igitur nullus vnus actus est qui necessario sit perpetu' ex vehementi inclinatione ad ipsuz. et per consequens nec in communi necessario inest ei actus malus ex habitu vel alio inclinatiuo. Confirmatur. quia nullus habitus est ratio potentie agendi modo opposito proprio modo ipsius potentie quod probatur. quia causa secunda inquantum causa secunda: non determinat modum agendi cause prime sed econtrario. igitur si voluntas non habituata potest non necessario velle: hoc enim est libertatis in ea: voluntas habituata non necessario volet hoc. ❡3°. Quia si loquamur de aliquo actu determinato: satis patet q si tantum habet aliquem habitum determinatum: ille inclinat ad aliquez vnum actum in specie. et sic patet q potest habere alium actum in specie ab illo: et pro tunc non habere alium. patet ratione non habendo quemcunque alium ad quem non est talis habitus inclinans. si etiam habeat plures tales habitus inclinantes ad diuersos actus in specie: aliquis tamen habitus vehementissime inclinat: et potest non habere actum illius habitus maxime inclinantis. ergo potest non habere actum cuiuscunque alteri'. Si autem loquamur de actu indeterminato siue vago: idem videtur q scilicet illa natura tam excellens habeat naturalem potentiam ad suspendendum se ab omni volitione vel habere volitionem non malam malicia contraria bonitati morali: licet non habeat bonam bonitate completa morali que est ex omnibus circunstantijs volitionis. vel si habeat actum circunstantionatum quibusdam bonis et deordinatuz quibusdam malis non tamen oportet q ille semper sit mal'. ❡4°. Quia si obstinati necessario male volunt et semper sunt in actu volendi quia non habent aliquod impedimentum: igitur semper male volunt. et ita in infinitum augent maliciam suam. sed ex lege diuine iusticie: augmento culpe correspondet augmentum pene. igitur in infinitum crescit pena eorum. igitur nunquam erunt in termino pene eorum. et pari ratione posset charitas in bonis augeri. et ita nunquam erunt in termino beatitudinis sicut nec mali in termino malicie. ❡5° Nullus intellectus est ita auersus quin possit cogitare vel intelligere aliquod verum. quia prima principia omni intellectui sunt nota ex terminis. ergo nulla voluntas est ita auersa ab vltimo fine qui possit velle vltimum finem. tenet consequentia. Tum per similitudinem philosophi. 2°. phisicorum et. 7° ethicorum sicut se habet principium in speculabilib' sic finis in agibilibus. Tum secundo. quia omnis malus est ignorans. 3° ethicorum. ergo non est malicia in voluntate sine errore in intellectu. igitur vbi intellectus non potest excecari circa obiectum aliquod intelligibile: ita nec voluntas potest ibi obligari circa illud appetibile vel amabile. ❡Contra probationes conclusionis arguunt multi. et primo loco arguit Scotus probando q obstinatio in demonibus non proueniat propter imobilitatem apprehensionis intellect' angelici. Primo; quia opinio ista supponit falsum scilicet q intellectus sit sufficiens motor voluntatis. ❡2°. Quia hoc falsum contradicit positioni dupliciter. Primo quidem. quia cum intellect' angelicus ante peccatum fuerit rectus in apprehendendo. non enim pena precessit culpam. igitur mouit voluntatem ad aliquid recte apprehendendum nec potuit aliter mouere. quia intellectus mouet per modum nature. et per consequens non potest mouere nisi secundum modum cognitionis quam habet. igitur mouit voluntatem ad recte volendum. igitur voluntas illa nunquam potuit peccare. ❡2°. Quia si ex ratione motoris et mobilis sit talis proportio: voluntas non tantum esset imobilis post primam electionem voluntatis: sed etiam in prima vel ante primam electionem. quia intellectus eorum sicut imobiliter aliquid ostendit post primam electionem: ita et ante eam. et si ipse imobiliter apprehendens moueat appetitum immobiliter: igitur in primo actu mouebit immobiliter. et per consequens non tantum post primum actum. ❡3°. Quia ex ista via seq-

tur ꝙ quilibet angelus est factus impeccabilis.
quia cum ſm te quilibet angelus fuit creatus in
gratia et sic habuit aliquem actũ in gratia. quia
non est verisimile ꝙ in primo instãti fuerit ocio-
sus quia non fuit impeditus. et si fuisset tunc ocio
sus peccasset forte peccato omissionis: nec simul
cum gratia peccauit planum est: igitur aliquan-
do ſm gratiam habuit bonam electionem et ple
nam: quia sequentem perfectam apprehensionē
intellectus. quia ſm te non est in eis nisi talis ap
prehensio: et hec imobilis et non per discursum.
igitur quilibet angelus in illa prima electiōe bo-
na firmauit se et factus est impeccabilis. ¶ 4°.
Quia differentia de voluntate hominis et ange
li non valet. quia et si angelus intelligat sine dis-
cursu quod homo intelligit per discursum ſm te:
tamen intellectus hominis ita imobiliter adhe-
ret ei ad quod discurrit. ita enĩ certitudinaliter
hoc est non dubitando tenet conclusionem ad
quam discurrit: sicut angelus tenet eam in princi
pio videndo eam sine discursu. igitur illa imobi-
litas intellectus humani hoc est certitudo: habe
ret eque imobilem voluntatẽ sicut illa alia que
ponitur in angelo. ¶ 5°. Quia negare omnem
discursum ab angelis: non videtur probabile si-
cut dicit probasse in prologo sententiarũ. ¶ 6°.
Quia non tantum voluntas angeli dãnati ē ob-
stinata: sed etiam voluntas hominis dãnati. et
oportet vtriusq; assignare causam cõmunem se
cũdũ ꝙ videtur dicere Augustin⁹ de fide ad pe-
trum. vbi vult ꝙ hec est vna cõmunis ratio qua
re deus simul iudicabit spiritus humanos et an-
gelos dãnatos. sed ista via non ponit causam ob
stinationis hominis: quare nec cõmonis. Minor
patet. quia anima coniuncta non habet cogniti-
uam imobiliter apprehensiuam sicut angelus. igi
tur oportet assignare causam huius obstinatio-
nis in anima quando est separata. igitur aut tũc
ante omnem actum elicitũ est obstinata: et tũc
per consequens causa assignata non est sufficiẽs
causa obstinationis. quia antequam velit aliq̃d
secundũ actum intellectus imobiliter apprehen-
dẽtis: est obstinata. aut est obstinata per aliquẽ
actum quem elicit separata qui sequitur appre-
hensionem intellectus imobilem. sed secundum
non videtur conueniens. quia anima separata
non demeretur sed tantũ per actus quos habu-
it in via recipit quod meruit vel demeruit. igitur
nullum actum tunc habet precedentem obstina
tionem per quem reddatur obstinata. Et pos-
set confirmari per exemplum de Lazaro q̃ mor-
tuo intellectus habuit apprehensionẽ anime se-
parate: et tamen non imobiliter voluit. quia tũc
fuisset factus impeccabilis si bonus: vel obstina-
tus si malus. quorum vtrũq; est falsum: nisi fin-
gatur ꝙ deus miraculose suspendit eum ab ope
ratione qualis consequitur animam separatam
pro tanto quia preordinauit eum resuscitaturũ.
sed hoc non videtur probabile: quia multa dici-
tur narrasse que viderat. ¶ 7°. Si voluntas pro
pter hoc ꝙ habet apprehensionem imobilẽ red-
dit se obstinatam: vel hoc esset dum est in corpo
re: vel dum est extra corpus. non dum est in cor
pore: quia tunc habet apprehensiuam mobilem
cum sit viatrix. nec secundo modo quia in instã-
ti separationis anima obstinatur et dãnatur: et
tamen nõ tunc habet apprehensionem imobilẽ.
quia illud est instans corruptionis totius com-
positi. et ideo in illo instanti non intelligit. ¶ 8°.
Causa totalis non aliter causat: nisi ipsa secundũ
ꝙ est causa aliter se habeat. et hoc quando non
ponitur aliqua diuersitas ex parte passi vel aliq̃
rum impedimentorum extrinsecorum. Vel sic.
voluntas non est causa sue volitionis nisi vt pri
or ea naturaliter. igitur si non aliter se habeat vt
est prior ea naturaliter: non aliter se habet vt est
causa eius. sed vt est prior naturaliter: non alit
se habet per hoc ꝙ est sub actu volendi. quia sic
se habet in actu primo. igitur per illũ actum nõ
se habet aliter in causando. igitur per actum sub
quo ponitur non fit impeccabilis. ¶ Confirma-
tur primo. quia causa que secũdũ se vniformiter
se habet ad plures effectus: per hoc ꝙ causat v-
num non aliter se habet respectu alterius. vt pa
tet de calore respectu plurium calefactionum. sꝫ
voluntas est causa respectu plurium volitionũ.
igitur per hoc ꝙ vnam elicit: non aliter se habet
ad eliciendum aliam. igitur si primam libere eli-
cit ita ꝙ respectu illius nõ fuit impeccabilis: nec
per illam respectu alterius erit impeccabilis.
¶ Confirmatur secundo quia voluntas angeli
respectu illius actus qui ponitur causa obstina-
tionis: se habet contingenter et solũmodo ne-
cessario ſm quid. quia est causa illi⁹ vt prior na
turaliter. et vt sic contingenter elicit. sed talis a
ctus non plus necessitat voluntatẽ respectu al-
terius q̃ respectu sui. igitur et c. sed voluntas vt
prior naturaliter actu suo non vt existens actua
liter sub actu: est causa sui actus. quod ex hoc ma
nifestum est. quia est causa libera actus sui que li
bertas non est eius nisi vt prior est actu suo. quia
vt est sub actu: habet actum vt formam natura-
lem. compositum autem est posterius sua forma
7°. methaphisice. voluntas igitur non aliter se

habet in eliciendo actum nisi aliter se habeat ipsumque est prior actu. sed per hoc ꝙ ponitur habere actum inherentem sibi ipsi: non est naturaliter prior actu. quia aliter se habet quātū est sub actu ipsumque scilicet ad aliquod accidens non tamen ipsumque ad naturam suam secundū quam est talis actus primus qui est voluntas. igitur ipsa sub quocumque actu intelligatur: non aliter se habebit in eliciendo actum alium vel habitum qui potest poni in ea separata qui non potest poni in ea coniuncta et ipsa opposito modo eliciens bonum actuꝫ vel malum illi modo quo prius eliciebat. et ita si prius contingenter egit: per nichil tale positum in ea necessario eliciet. ¶ Confirmatur tertio. quia nulla causa secūda potest esse causa principalis alicui cause: agendi modo opposito illi qui conuenit principali agenti ex sua causalitate. sic enim causa principalis non esset principalis. quia determinaretur ad oppositum moduꝫ agendi suo modo proprio a causa secunda. igitur cum volūtas sit principalis causa sui actus: quicquid ponatur in voluntate respectu actus eius: vel non erit causa actus sic eliciendi: vel si est causa secūda respectu voluntatis: non erit causa principalis: sequitur ꝙ voluntas per nichil aliud determinaretur ad agendum. hec Scotus. ¶ Cōtra easdem probationes arguit Gregorius de arimino et quasi in eadem sentētia. vnde primo arguit sic. Ista positio assumit quoddam quod est in se falsum et contra sanctos scilicet de imobili adhesione volūtatis angelice. Ait enim Damascenus libro primo capitulo. 3°. ꝙ angelus est substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera. et paulo post subdit. arbitrio libera vertibilis secundū mentem volenter vertibilis. hoc autem veruꝫ nō esset si sic imobiliter adhereret. ¶ 2°. Quia secundū istam viam angeli beati sunt inflexibiles et imobiles naturaliter ad malum cuꝫ adheserint iusticie sua voluntate. sed hoc est expresse contra Damascenum ibidem. ait enim de sanctis angelis. difficile mobiles sunt ad malum sed non imobiles: nunc auteꝫ et imobiles ad malum non natura sed gratia. Et idem dicit Augustinus libro. 3°. contra maximum. et allegatur in distinctione ista. ¶ 3°. Quia vt dicit se probasse distinctione. 3ª. mora aliqua fuit inter creationē ante et eius peccatum. et constat ꝙ in illa mora habuit aliquod velle. et deum pre seipso dilexit. si igitur eius voluntas sic imobiliter adhereret: nunquam peccasset quod est falsum. ꝙ autem angeli mali quandoque dilexerint deum: patet per Augustinum de fide ad petrum capitulo. 3°. dicit enim. deus angelos ita creauit vt etiam pre se ipsis illum diligerent cuius se tales creatos opere cognouissent et cetera. ¶ 4°. Constat ꝙ diabolus non omne quod vult semper vult. imo nunc vult vnum nunc aliud scilicet eius oppositum. vnde vt dicitur: primo voluit Christum mori: postea voluit ꝙ non moreretur. vnde vxori pilati suggessit vt impediretur passio christi. et satis est verissimile ꝙ in eius voluntate sit maxima mutatio contrariarum volitionum: licet omnes male sint et ad malum finem relate. ¶ 5°. Quia ista positio non potest assignare causam obstinationis hominum eandem cum causa obstinationis demonum. nec aliam vt videtur.

ri primũ: q2 tũc non venirẽt ad mediũ sꝫ totalit
corrumperent. nec põt dari secũdũ: q2 tũc nõ re
sultaret vnũ sꝫ esset aceru⁹. igitur oꝫ ꝙ detur ter
tiũ. et sicut argutũ est de qualitatibus ita argui
de formis subalibus elemẽtoꝝ. qñ que nõ agũt
nec patiunt adinuicẽ: non pñt misceri adinuiceꝫ
nisi forte mixtione ad sensũ que est ꝑm ptes mini
mas. tũc ex tali actione aut vtrũqꝫ corrũpit aut
vtrũqꝫ manet totaliter: et tũc erit tñmõ mixtio
ad sensũ. aut vtrũqꝫ manet ꝑm subam ⁊ corru
pitur ꝑm accidẽtia: ⁊ tunc erit aceru⁹. aut vtrũqꝫ
corrumpit ꝑm subam ⁊ manet ꝑm accidentia: et
tũc illõ nõ erit mixtũ sbale sꝫ accidẽtale. aut vnũ
totalit corrumpitur ⁊ aliud manet: ⁊ tunc nõ est
mixtio sed cõuersio. igit oꝫ ꝙ vtrũqꝫ ꝑm aliquid
maneat et ꝑm aliquid corrũpatur:et tũc fiet for-
ma media que nõ est alterũ extremorum pro eo
ꝙ licet in ea sit aliquid extremi:nõ tamẽ est in ea
aliquid hñs nomẽ ⁊ diffinitioneꝫ extremi sꝫ om-

nes tales realitates simul concurrũt ad vnã ter-
tiã rationem. et hec est vera mixtio q̃ non est cõ
cursus ꝑm vnã quantitatẽ aut vnũ situm aut ꝑm
cõtactum: ſꝫ ꝑm qualitatem ſubalem. et ꝑm hãc
viam ꝓcedit cõmẽtator ⁊ phs p° de gene. ¶ 9°
arguit sic. Quando alique realitates sunt tales
ꝙ terminatio ⁊ distinctio earum ab inuicẽ super
aliquo fundatur in eis quo ablato põt remanere
ſi illud tale fundamentũ ſiue ratio fundãdi aufer
tur: eo ipo ille realitates põt conflare secundam
realitatem vel formã tertiam vnã. cuius ꝓbatio
est. qꝛ eo ipso ꝙ auferꝫ ab eis illud qd̃ erat ratio
distinctionis vni⁹ ab altero: necesse est ꝙ veniãt
ad vnitatem. verbi grã. ſi diuidam aliqd̃ lignum
facta sunt statim duo pũcta in actu q̃ ante erant
in põ. ratio est. qꝛ ante omnẽ diuisionẽ carebant
proprijs teriationibus que danꝫ eis in diuisione
per hoc ꝙ datur eis aliqd qd̃ est proximũ funda
mentũ ꝓprie terminationis ⁊ distinctionis vni⁹
ab alio. et ſi pũcta illa remaneãt ſꝑ in actu: nũq̃ꝫ
vnirenꝫ nisi tollatur a quolꝫ ꝓprium fundamen
tũ sue terminationis ⁊ distinctiõis. et ex hoc sta-
tim trãseunt in potentiã ⁊ nõ habẽt actũ nisi ter-
tij conflati ex partib⁹ sic vnitis. et remanẽt eorũ
realitates terminationibus ablatis. sic etiã dico
de albedine. ſi enĩ capiã aliquã realitatem albe-
dinis ⁊ eius integrã rõnem in qua saluatur ratio
forme: tũc habeo albedinẽ cũ illa realitate que ẽ
proximum fundamentũ sue teriationis et distin
ctionis a nigredine. ſi aũt ab albedine ⁊ nigredi-
ne illa positiua per q̃ fundant ꝓprias distinctio-
nes ⁊ teriationes tollanꝫ: tollitur eoꝝ terminatio
et distinctio et remanẽt illis ablatis. nõ qͥdẽ in
se qꝛ impossibile est aliqd tale in se et per se eẽ ſꝫ
in alio puta in forma media conflata q̃ est color
medi⁹. vnde terminatio est q̃dam negatio. simi-
liter distinctio est q̃dam relatio. ista aũt in albe-
dine et nigredine nõ insunt nisi mediãte aliq̃ ab-
soluto positiuo qd̃ complet rõnem albedinis ĩ al
bedine ⁊ rationem nigredinis in nigredine. quo
posito: albedo est albedo et nigredo ẽ nigredo.
quo remoto: nõ remanet albedo nisi fracta. et si-
militer nigredo sicut circulus remanet in semicir
culo. et iõ terminatio ⁊ distinctio ꝓpria non dan
tur albedini nisi dato illo positiuo: nec auferũtur
nisi illo ablato. similꝫ dico de nigredine. illud tñ
positiuũ in albedine ⁊ nigredine non põt auferri
in se ita ꝙ in se remaneat illis ablatis: ſꝫ tollũtur
per hoc ꝙ hec realitas ⁊ illa cedunt in vnitatem
mediã ⁊ cõstituunt formã mediã et manẽt in illa
ablatis suis distinctionib⁹. sic igitur patet maior.
tũc ponꝫ minor sic. forme elemẽtares sunt tales

rõne sue imꝑfectiõis qua ab eis põt auferri id qd̃
erat fundamentũ ⁊ rõ ꝓprie termiationis in eis.
igiꝫ illis ablatis: necessario veniẽt ad vnitatem
mediam alicui⁹ tertij. et illud ẽ forma cõflata. ex
q·o sequiꝫ ꝙ manẽt in forma media q̃ est forma
m·xti ꝑm ꝓprias realitates nõ tñ integras ⁊ ꝑfe
ctas. qꝛ ablata ẽ ab eis aliq̃ realitas q̃ dabat eis
cõplementũ in sua ratione. ꝙ aũt forme elemẽto
rũ illo mõ possint frangi: ꝓbaꝫ ꝑ exemplũ de for
ma q̃ est son⁹ littere. ibi eĩ apparet euidenꝫ ꝙ soni
litterarũ sunt aliquo mõ in sono sillabe: nõ tñ in-
tegri ꝙ saluetꝫ ratio aut diffinitio talis soni litte-
re. ¶ 10. arguiꝫ per auctoritates cõmentatoris.
quarũ pͥma est. 2° metha. cõmento. 33. ꝯ Anapa.
vbi dicit ꝙ natura mixti nõ fit ꝑ mixtionẽ ꝑtium
qꝛ hoc est ad sensũ tñ: ſꝫ ꝑ hoc ꝙ alteranꝫ donec
ex eis fiat forma tertia. illud aũt alterari non est
nisi frãgi ⁊ amittere aliquã realitatẽ dantẽ cõple
mentũ. secũda est. 5° phy. cõmen. 6°. vbi dicit ꝙ
mediũ est vtrũqꝫ extremũ nõ in pura põ. sed ĩ eo
est vtrũqꝫ extremũ in actu ſꝫ non ĩ vltima perfe-
ctione. ex quo pꝫ ꝙ ꝑm eũ elemẽta sunt in mixto
ꝑm aliqd sui: nõ tñ ꝑm vltimã perfectionẽ. tertia
est in. 3°. celi et mũdi vbi dicit. necesse inquit ẽ cũ
ex quattuor elemẽtis gñatur forma mixta vt cor
rũpantur forme eoꝝ ꝑm medietatẽ. qm̃ ſi corrũ-
perenꝫ ꝑm totũ: tunc mã prima pͥmo ⁊ equaliter
reciperet oẽs formas ⁊ nõ reciperet formas com
positoꝝ mediãtibus istis corꝑibus. hec ille in for
ma. ¶ Cõtra tertiam cõclusionem arguiꝫ primo
probãdo ꝙ in hoĩe sint plures forme ꝑm diuersi-
tatẽ predicatoꝝ subalium. Primo sic. ſi ꝑ eãdem
formaꝫ hõ est hõ et animal: oẽ qd̃ inest homini ꝑ
formã per quã hõ est hõ: inest ei ꝑ formã ꝑ quaꝫ
hõ est aial. omne aũt quod inest homini per for-
mã per quã est aial: inest ei inquantũ est aial. igiꝫ
ſi per eãdem formã: oẽ quod inest homini ꝑ for-
mã ꝑ quã est hõ inest ei inquantũ est aial: et per
cõsequens virtute reduplicatiõis inest om̃i aiali
qd̃ est falsũ. ꝙ aũt oẽ quod inest homini ꝑ formã
per quã est aial insit ei inquãtuꝫ est aial: ꝓbatur.
qꝛ omne tale aut inest ei ꝑm ꝙ est hõ aut ꝑm ꝙ ẽ
aial. nõ ꝑm ꝙ est hõ: qꝛ sentire debeꝫ corpori per
formã qua est aial ⁊ nõ inest ei ꝑm ꝙ homo. igiꝫ
ꝑm ꝙ aial. ¶ 2°. Qꝛ forma generis põt remane-
re corrupta forma spẽi. igiꝫ sunt realiꝫ distincte.
añs ꝓbaꝫ. qꝛ plura accidẽtia eadẽ numero rema
nent in gñato et corrupto quoꝝ subm est cõposi
tum ex mã. igiꝫ eadẽ forma subalis manet. et illa
nõ est forma spẽi. igiꝫ est forã gñis. ¶ 3°. sicut di-
cit phs. 7° metha. diffinitio est sermo hñs ꝑtes. ⁊
partib⁹ diffinitiõis respõdent ꝑtes rei. igiꝫ gene-

ri respõdet alia pars diffiniti ab ea q̃ respondet
differentie. sola aũt materia nõ respondet gene
ri. q2 genus dicit formã mediam inter potẽtiam
et actũ vt dicit cõmentator. 2° metha. cõmẽto.
.33. igit̃ respõdet sibi vel forma tm̃ vel materia
cum forma alia ab ea que respondet differentie.
¶ 4°. ꝑhs. 2° metha. volens ꝓbare ꝙ nõ sit ꝓ-
cessus in infinitũ in causis formalib' probat non
esse ꝓcessum in infinitũ in p̃dicatis in qd. igit̃ vi-
det̃ velle ꝙ ſm diuersitatẽ taliũ predicatorũ di-
uersificent̃ forme in eodẽ indiuiduo. Ad hoc vi-
det̃ esse auctoritas cõmentatoris. 2° metha. cõ
mento. 33. vbi dicit ꝙ mã prima recipit formas
vniuersales ⁊ mediãtibus illis alias vsq3 ad indi
uisibiles. tales aũt forme quarum vna mediãte
alia recipit̃: differũt abinuicem cũ nihil sit mediũ
recipiendi seipm. igit̃ ⁊c. ¶ 2° prĩcipaliter argui
tur ꝓbando ꝙ preter aiam intellectiuã sit in ho
mine alia forma subalis. s. forma corporeitatis. ⁊
hoc primo sic. hõ vere est corpus et nõ per aiam
intellectiuã cũ illa sit forma spũalis. igit̃ per aliã
formã substãtialẽ. ¶ 2°. Q2 hõ est cõpositus ex
aia rationali et ex corpore vt oẽs concedũt. aut
ergo corpus ex quo componitur est mã sola. aut
materia cũ aliquo accidẽte. aut mã cum aia itel-
lectiua. aut materia cũ alia forma subali. Nõ ma
teria solum. q2 tunc etiam ignis et quodl3 aliud
elementũ ⁊ similiter qdl3 corpus mixtũ esset cõ-
positũ ex corpore ⁊ forma qd̃ nullus dicit. sola et
aialia dicũtur cõposita ex corpore ⁊ forma. nec ẽ
mã cũ aliq̃ accidẽte. q2 nullũ accidens ẽ de essen
tia hois. nec mã cũ aia itellectiua. q2 aia itellecti
ua est altera pars cõpositi hois corpori cõdistin
cta. igit̃ est mã cum forma substãtiali et habetur
ꝓpositũ. ¶ 3°. Quia qñ aliqd̃ animal morit̃: ma
teria ꝓ nullo instanti ẽ sine forma corporeitatis.
aut igit̃ illa preerat in aiali dũ viueret: et habet̃
ꝓpositũ. aut est nouiter introducta: et hoc rõna
biliter dici nõ potest. qm̃ nullus effectus vn' ſm
spẽm producit̃ indifferenter a quol3 ⁊ ab vno vl'
pluribus ſm spẽm. nec etiã indifferẽter ſm qual3
trãsmutationem ꝑmam: sed ad determinatã ⁊ a
determiata trãsmutatiõe pma. nũc autẽ videmus
ꝙ si bos aut aliud aial occidat̃ gladio vl' fuste aut
suffocet̃ vel submergat̃ aut aliq̃ alio mõ moriat̃
sp cadauer ei' ẽ eiusdẽ rõnis. igit̃ nõ tũc de nouo
ꝓducitur illa forma s3 preerat in viuẽte ꝓducta
a determinato ⁊ ꝓprio generante sue spẽi: et ita
etiã de homine probari potest. ¶ 4°. Q2 mor-
tuo animali manent eadem accidentia numero
que prius erãt. igit̃ habent idem subiectũ nume-
ro. q2 accidẽs nõ migrat de subiecto in subiectũ.

nũc autem subiectum eoꝝ non est materia ꝑma.
quia illa nõ immediate recipit accidẽtia absoluta.
igit̃ remanet aliqua forma subalis precedens et
nõ sensitiua in forma corporeitatis. ¶ 5°. hoc ꝓ-
batur specialit̃ de homine. q2 si corporeitatis for
ma non distinguitur ab aia intellectiua: sequit̃ ꝙ
corpus xp̃i in sepulchro nunq̃3 fuisset pars essen-
tialis nature humane in Xp̃o. nec fuisset idẽ cor-
pus numero viuum et mortuum. nec fuisset diui
nitas vnita illi corpi nisi per nouam assumptio-
nem qd̃ videtur absurdu3. similiter nõ essent ea
dem corpa sanctorum viua et mortua. et per cõ
sequens nõ essent adorãda sicut corpora sancto
rum. quia illa corpa nunq̃3 habuerunt. igitur ma
gis cõcordat cum fide ecclesie ponere distinctio-
nem inter illas formas q̃3 vnitatẽ. ¶ 6°. hoc idẽ
ꝓbatur specialius de Christo multipliciter. ¶ p°
sic. corpus Christi fuit formatum a spũ sancto et
hoc in instãti. et per cõsequens spũs sanctus cau
sauit in eo formam corporeitatis. sed illa forma
remãsit cum anima rationali in Christo. ergo in
eo fuerunt plures forme. ꝓbatur minor. q2 si illa
forma corporeitatis fuerit corrupta: aut fuit cor
rupta in instanti infusionis aie aut in alio instan
ti. non in alio instanti. quia aut illud instans pre
cessisset instans infusionis aie aut secutu3 fuisset.
nõ potest esse ꝙ precederet. quia tũc inter illud
instans ⁊ instans infusionis aie fuisset tẽpus me-
diũ qd̃ est falsum. q2 sequeret̃ ꝙ nõ in eodem in-
stãti in quo spũs sanctus formauit corpus: infusa
esset aia. q2 in illo tp̃e medio nullam formam ha
beret. quia si habuisset aliquã: queretur de illa si-
cut de ꝑma vtrum remãserit cũ aia aut fuerit cor
rupta. et si corrupta: in quo instãti fuit corrupta.
si aũt illud instans corruptionis illius forme fuit
secutum instans infusionis aie: sequitur ꝙ illa for
ma aliquo tp̃e fuit simul cum aia et per cõsequẽs
habet̃ ꝓpositum. in instãti autẽ infusionis aie nõ
potuit corrumpi. quia tũc fuit corpus formatum
a spũ sancto. et ꝑ consequẽs tunc habuit illã for-
mã corporeitatis quã spũs sctũs ei cõtulerat. re-
linquit̃ ergo ꝙ illa forma remanserit saltẽ aliquo
tp̃e in Christo cũ aia. ¶ 2°. Auctoritas ecclesie
et multi sancti dicunt Christũ habuisse corpus a
matre sua. sed corpus dicit aliquã formã subalẽ.
ergo Christus habuit a matre sua aliquã formã
sbalẽ. s3 hec nõ potuit ẽẽ aia rõnalis q̃ a solo deo
habet̃. igit̃ Xp̃s habuit aliquã formã subale3 pre
ter aia3 manẽtẽ cũ aia. ¶ Itẽ. 3°. Multe auctori
tates sanctoꝝ dicũt Xp̃3 habuisse tres subas seu
naturas. s. diuinitatẽ aiam ⁊ carnẽ. ergo illud qd̃
caro icludit est aliqd̃ ꝑter aiam. ⁊ sic idẽ qd̃ ꝑua.

¶ Itē 4°. Corpus xp̄i fuit idē viuū et mortuū. sed hoc nō fuisset nisi remāsisset eadē forma sb̄alis in corpe eius mortuo que fuerat in viuo. ergo saltē in ei⁹ corpe viuo erāt multe forme. Si dicas q̄ nō imo q̄ fuit ibi facta resolutio vsq̧ ad p̄mā mām et q̄ fuit introducta ibi noua forma: et tñ cū hoc corpus xp̄i viuū ⁊ mortuū fuit idē corp⁹ ꝓpter vnitatem suppositi. Contra. quia sicut albedo vt videt̄ nō suppōit ꝓ supposito sed ei⁹ dnominatiuū puta albū: ita vt videt̄ corp⁹ nō suppōit pro supposito habēte naturā corpeā: sed hoc q̄d dico corporeū q̄d est denominatiuū descēdēs ab hoc q̄d dico corpus. et sic nō pōt dici idē corpus ꝓpter idētitatē suppositi. Tum q̄z sup illd caro mea requiescet in spe: dicit. glo. i. nō deficiet in interitu. sed q̄d non deficit in interitu: nō corrūpit̄. ergo caro xp̄i nō fuit corrupta in morte. sed hoc nō fuisset verū nisi remāsisset eadez forma carnis in carne mortua q̄ fuerat in viua. ergo eadē forma carnis fuit in carne xp̄i viua q̄ fuit in mortua. et sic vt ṗus nō pōt dici eadē solū ꝓpter vnitatē suppositi. q̄z caro nō supponit ꝓ supposito. Si dicas q̄ illud verbū glose intelligit̄ de corruptione q̄ est putrefactio et puluerizatio: nō aūt quin in morte xp̄i fuerit resolutio vsq̧ ad p̄mā mām. Cōtra. q̄z dicit Augustin⁹ in sermone de assūptione beate virginis q̄ ꝑuilegiū xp̄i fuit nō corrūpi s̄m carnē q̄ātum ad corruptionē d̄ qua fit mētio in p̄dicta glosa. et de q̄ dicit. p̄s. nō dabis sanctū tuum videre corruptionē. sed nō incinerari vel non putrefieri nō fuit ꝑuilegiū Christi. q̄z vt pie credit̄ hoc contulit matri sue. ergo nō intelligit̄ de putrefactione. Cōfirmat̄. q̄z sup illud. p̄s. de⁹ deoꝝ locut⁹ ē. dicit Augustin⁹ q̄ eandē carnē ostēdit Christus discipulis post resurrectionē quā viderāt i cruce et q̄ latuerat in sepulchro. ergo eadē caro fuit i viuo et mortuo. ergo eadē forma sb̄alis. Cōfirmat̄ quia Hylari⁹. 10. de trinitate dicit q̄ xp̄s mortu⁹: est caro spoliata. et loquit̄ ibi de spoliatione qua caro fuit spoliata ab aīa. et hoc sic pōt argui. Idē numero ē illud q̄d ṗus ē vestitū et postea spoliatū. sz caro xp̄i viua fuit vestita ex ipa aīa: caro vero mortua fuit spoliata ipsa aīa. ergo caro xp̄i viua et mortua fuit eadē numero. Cōfirmat̄. q̄z p̄uatio ponit subm licet neget formā. sed caro spoliata aīa: dicit carnē p̄uatā aīa. ergo hoc q̄d dico caro spoliata ponit carnē. sed nō poneret carnē imo negaret si eē carnis corrūperetur et nō maneret. igit̄ eadē caro et idē eē carnis remāsit in morte. ¶ Itē. 5°. christ⁹ assūpsit corp⁹ a matre v̄gine. sz nō pōt dici q̄ assūpsit ab ea suppositū. ergo corpus xp̄i nō stat pro supposito. nec ꝑ ꝯñs sufficit ad vnitatez corpis xp̄i viui et mortui in xp̄o vnitas suppositi. Cōfirmat̄. q̄z oz ponere in corpore xp̄i mortuo aliquā formā q̄ esset corp⁹ⁱᵗ. sz illa forma nō fuit itroducta d̄ nouo in morte xp̄i. et ē. mior ꝓbat̄. q̄z si fuisset ibi noua forma introducta: fuisset ibi noua assūptio q̄d ē falsū. Itē si fuisset noua forma introducta: fuissz noua vnio materie corporis xp̄i ad suppositū xp̄i. ꝓbat̄. q̄z mā nō ē assūptibilis nec vnibilis nisi mediāte forma sb̄ali. quia mā nō pōt eē nec ꝑ ꝯñs assumi sine forma tali. sz illud q̄ mediāte vnit̄ mā supposito diuino: ē imediatū fundamētū vnionis materie ad dictū suppositū. posito aūt imediato fundamēto nouo ipsius vnionis: ponit̄ noua vnio. q̄z relatio necessario inouat̄ i nouato fundamēto. igit̄ si introducta fuisset noua forma in corpe mortuo: fuisset noua vnio. hoc aūt est incōueniēs. q̄z vnio sequēs nō pōt aduenire nisi ablata p̄ori vnione. sed materia ante mortē erat vnita diuino supposito. igitur nō potuit d̄ nouo vniri nisi ablata p̄ori vnione. sed p̄orē vnionē tolli est incōueniēs. igit̄ et ē. ¶ 6°. Substātia panis cōuertit̄ in corp⁹ xp̄i ita q̄ forma panis cōuertitur in aliquam formam substātialem corpis Christi. sed nō cōuertitur in animaz. igitur in corpe Christi est alia forma substātialis in quam cōuertitur forma panis alia ab aīa. maior patet ꝑ fidem. minor ꝓbatur. q̄z s̄m Augustinū quodcūq̧ corp⁹ pōt cōuerti in quodcūq̧ corpus: sed corpus nō pōt cōuerti in spiritū. sed aīa est forma sp̄ualis. ergo forma corpalis ipsius panis nō pōt cōuerti in animā rōnalem. Cōfirmat̄. quia aīa ponit̄ a sanctis et a magistris esse in sacramento altaris nō virtute sacramenti sed cōcomitatiue. sed illud in q̄d cōuertitur forma panis: est sub sacramento virtute sacramenti. ergo forma panis nō cōuertitur in animā rōnalem sz in aliam formā existētem cuz ea. ¶ Si dicas q̄ ꝑ corpus intelligit̄ materia cuz dimēsione et organizatione. Cōtra. corpus q̄d assumitur in verbis quibus fit cōuersio panis in corpus Christi significat substātiā corpeam. sed hec differentia corporea ꝓut cōtrahit substātiā: sumitur ab aliq̄ forma substātiali sicut et quelibet alia differētia generis substātie. ergo per corpus in predictis verbis positū intelligitur cōpositū ex materia et forma substātiali et nō materia cū dimensiōe. ¶ Si dicas q̄ fit cōuersio i aīaz ꝓut dat eē corpeū. Cōtra. termin⁹ cōuersiōis ē res vera. intētiōes aūt s̄z q̄s res pōt rōne differre a seipa vt ē corpea ⁊ vt est aīata: nō sunt termini cōuersionis nisi per accidens. eorū aūtē q̄ sunt termini cōuersiōis ꝑ accidēs: qua rōne vnuz ponit̄ termin⁹ et aliud. ergo

nō pōt dici q forma panis nō cōuertat in animā
vt dat esse corporeū: sicut nō cōuertit in eam vt
dat esse aiatū. Cōfirmat. q2 cōuersio nō fit in in-
tētionē sed in rē. et ideo si forma panis conuertit
in aiam vt dat eē corporeū: nō cōuertit in rem q̄
est aīa. et p ɔ̄ns aia vere esset sub sacramēto vi sa
cramēti. hoc aūt nō videt verū cū aia nō sit ibi ni
si p cōcomitantiā. Cōfirmat. q2 vniformit fit con
uersio panis in corp9 xpi viuū et mortuū. sed xpo
mortuo nō fit conuersio forme panis in aiam vt
dat eē corporeū. q2 tunc corp9 xpi nō est corpus
p animā. ergo nec Christo viuēte fit cōuersio in
aiam, put dat esse corporeū. Cōfirmat. q2 ponat
q aliqs cōsecrasset in die cene: et reseruasset illā
hostiā vsqz ad sabbatū sequēs: tunc q̄ro vtrū cor
p9 Christi sit sub illa hostia sacramētalit aut nō.
non potest dari q nō: quia manente hostia vide
tur manere corp9 xpi sub illa. si aūt ponat corp9
xpi eē sub hostia: q̄ro vtrū corp9 xpi viuū3 sit sub
hostia aut corp9 xpi mortuū. nō corp9 xpi viuū:
q2 tūc nō erat viuū. nec corp9 xpi mortuū nisi re-
manserit aliq̄ forma corporeitatis q̄ fuerat in vi-
uo in quā facta fuerat illa cōuersio. q2 si noua for-
ma est introducta in morte in quā nō fuerit con-
uersa forma panis: illa forma corporis mortui non
esset sub sacramēto: s3 solū mā p̄ma. ergo oportet
ponere aliquā formā corporeitatis in xpo preter
aiam in quā fiat p̄dicta cōuersio. Cōfirmat. quia
corpus cōstitutū ex noua forma introducta quā
tu ponis: nō plus fuisset corp9 xpi q̄3 ignis genera
t9 ex aere corrupto sit corp9 aeris. q2 vtrobiqz nō
remaneret aliq̄d cōmune nisi p̄ma mā generato
et corrupto. s3 ignis gen̄rat9 ex aere nō est corp9
aeris ex q̄ generat. ergo stāte illa hypothesi: illud
corpus mortuū3 nō fuisset corp9 xpi. nec p ɔ̄ns si
aliqs cōsecrasset tpe mortis xpi nō cōuertisset pa
nem in corp9 xpi qđ est falsum. Cōfirmat. quia si
corp9 cōstitueret ex aia rōnali et materia prima
q̄3 ad eē sbale corporis: tūc corp9 sic dictum eēt
cōmune ad hominē z p̄dicaret d eo sicut animal.
sed hō de corpe quod p̄dicat de ipo nō pōt dice-
re pprie loquēdo corp9 meū s3 solū corp9 qđ ego
sum. sicut nec de aiali qđ p̄dicatur de ipo pōt dice
re hoc ē aial meū sed solū hoc ē aial qđ sum ego.
ergo corpus in qđ cōuertit sba panis de quo dicit
dn̄s corp9 meū nō est cōpositū ex aia rōnali z ex
mā. relinquit ergo q sit cōpositū ex mā et ex aliq̄
alia formā sbali. ¶ Item. 7°. Si in mā corporis xpi
fuisset introducta noua forma in morte: illa fuis-
set forma cadaueris q̄ est forma putredinis. s3 nō
decuit talē formā3 introduci. igit. Minor pbat.
q2 tali forma introducta: corp9 xpi incepisset pu-
trefieri. q2 ppria opatio forme putredinis est pu
trefacere. forma aūt nō ɔ̄stituit a ppria opatiōe.
sed hoc est cōtra sacrā scripturā q̄ dicit. non da-
bis sanctū tuū videre corruptionē. ergo in morte
Christi nō fuit introducta noua forma s3 remā-
sit p̄or q̄ fuerat cū aia. Confirmatur. q2 magis cō
gruit ordini nature deū p̄seruare mā3 sine forma
vel p̄seruare aliquā formā in ea q̄ prefuit in vnio
ne: q̄3 introducere nouā formā et p̄uare eā ppria
opatione. s3 sentiēdū est deū ordinasse de corpe
Christi s3 illō qđ magis ɔgruebat ordini nature.
ergo tenendu3 ē q in mā corporis xpi nulla forma
introducta fuit in morte. Confirmatur. q2 pena-
litates quas Christ9 volūtarie assūpsit p nobis
sunt assumpte ad cōplendū op9 redēptiōis nr̄e.
sed p̄dictū op9 cōpletū fuit in morte. ergo iste pe
nalitates cessauerūt in morte. s3 forma putredi-
nis dicit penalitatē ex peccato originali ɔtractā.
ergo talis forma nō debuit induci post mortē in
corpe Christi. Confirmatur. q2 vbi natura suffi-
cit: nō est recurrēdū ad miraculū. sed si noua for-
ma introduceret: oporteret postea eā miraculo-
se corrūpi in reunione aie ad corpus i resurrectio
ne. qđ miraculū nō oportet pōere tenēdo q nul-
la forma introducta sit in morte xpi. et sic videt
q in hoie xpo fuit forma corpeitatis alia a forma
sbali. ¶ 3° p̄ncipalit cōtra tertiā cōclusionē argu-
itur q in hoie p̄ter aiam intellectiuā sint alie for-
me partiū etherogenicar3 puta ossis z carnis. q2
si pret animā itellectiuā nō eēt in homine aliqua
alia forma sbalis: sequit q carnes ossa nerui san-
guis z alie eiusdem partes organice nō differrēt
substātialit specifica differentia. ɔ̄ña p3. sed cōse-
quēs ē falsu3. nā huiōi partes hn̄t ppa accidētia
et ppas opationes specifice differētes. talis aūt
diuersitas accidētiū z opationū: necessario argu-
it diuersitatē formar3 specificar3 sbaliū. aliqn̄ q̄3
posset argui q aliq̄ differrēt specifice in gn̄e sub-
stātie qđ ē incōueniēs dicere. Confirmat. omnis
actio saltē naturalis cuiuslibz agētis ē in virtute
forme sbalis ipsi9. s3 eadē forma nō pōt eē p̄ncipiū
cōtrariar3 actionū. ergo vbi sunt cōtrarie actiōes
siue opatiōes: oportet eē plures formas sbales.
sed in diuersis partib9 aialis sunt contrarie opa-
tiones. q2 cor desiccat. cerebrū humectat. igit in
illis partib9 sūt diuerse forme sbales. Cōfirmat.
q2 forma put est in vna pte nō est corruptiua sui
ipsi9 siue sue existētie in alia parte. s3 opatio cor-
dis intēsa nata est corrūpere cerebrū et existētiā
aie in cerebro z ecōtrario. ergo alia forma sbalis
est illa in v̄tute cuius ē opatio cerebri: et alia illa
in virtute cuius est opatio cordis. Confirmatur.

quia quādo caro abscisa vel os abscisum cōiūgitur stati reliq̄ parti in loco abscisionis reunitur ⁊ reintegrat̃. sed hoc non esset nisi in carne abscisa remaneret aliq̄ forma sbalis et aliq̄ dispositiōes sup eam fundate sup quas fit aīalis reintegratio et vnio. qꝛ alia caro nō posset ita reuniri. igit̃ preter aīam erat alia forma in carne anteꝗ̄ abscideret̃. Cōfirmat̃. qꝛ sanguis ē in corꝑe sicut vinū in dolio. sed forma vini stat cū forma dolij et sunt diuerse forme. ergo forma sanguinis stat cū forma carnis et est diuersa ab illa. Cōfirmat̃. qꝛ hō nutrit̃. aut ergo nutrit̃ ꝑ hoc ꝙ aliq̄ forma nutriti educit̃ de potētia nutriti et totū aggregatum vniat̃ relique carni et ossi ipsi⁹: aut ꝑ hoc ꝙ nutrimentū spoliat̃ forma sua et materia efficitur sub forma ipsi⁹ nutriti preexistēte. Sed istud secūdū non pōt dari. qꝛ tunc sequeret̃ ꝙ ille humor melius nutriret q̄ plus haberet de mā et citi⁹ spoliaretur forma sua. sed hoc ē falsum. qꝛ humor q̄ me nutrit est sanguis: et tn̄ in corꝑe humano est ali⁹ humor plus hn̄s ð mā et facili⁹ spoliabilis forma sua ꝗ̄ sanguis. ergo relinquitur ꝙ homo nutritur ꝑ hoc ꝙ aliq̄ eius forma educit̃ de potētia nutrimenti. sed anima rōnalis non pōt educi de potētia nutrimēti vel materie. igitur preter animam rationalē oportet esse aliā formā in homine educibilem de potētia materie. ¶ Nec valet si dicat̃ ꝙ anima rōnalis ẜm vnā rōnem educit̃ et ẜm aliā creatur. qꝛ ratio nō educit̃ nec creat̃ sed res. res autem q̄ est aīa totaliter creat̃. ergo nichil est dictu ꝙ aīa ẜm vnā rōnem educit̃ et ẜm aliā creatur ¶ Cōtra ꝑdictas cōclusiones arguit Scot⁹. Primo. qꝛ si hostia cōsecrata ī cena a Christo in pixide fuisset cōseruata in triduo: ꝑmansisset ibi eadem res ꝑmo cōtenta. illud aūt in quod ꝑmo fiebat cōuersio: nō fuit materia ꝑma nec accidentia nec cōpositū ex materia et ex accidēte. ergo compositū ex mā et forma subali. illud ergo semꝑ mansisset in triduo. sed tūc nō erat cōpositū ex prima materia et aīa intellectiua. qꝛ Christ⁹ fuit vere mortu⁹ in cruce. et ita anima intellectiua vere fuit separata. sed non pōt esse simul separata ⁊ vnita corpori. ¶ 2⁰. Qꝛ termin⁹ huius cōuersionis oportet ꝙ sit ens reale qꝛ cōuersio est realis. sed anima intellectiua vt dat esse corporeum distinguendo cōtra esse intellectiuū ẜm te non est esse reale sed tantūmodo quoddam abstractum per actum intellectus: sicut cōmune est aliqd preter singularia ẜm te. ergo ista conuersio non potest esse in animam vt dat esse corporeum. nec ipsa vt sic est terminus huius conuersionis. ¶ 3⁰. Aut illud corpus quod ponis terminū pₘū cōuersionis est corpus mathematicum aut corpus naturale. non enim phs distinguit plura corpora. si mathematicum: igitur cōcludit actu quantitatē. igitur quantitas esset ibi primo ex vi cōuersiōis. nec erit trāsubstātiatio sꝫ trāsaccidētatio si accidens per se requirat̃ in termino. si sit corpus naturale: ergo est naturale ꝑ formā substātialem vel per qualitatē. si ꝑmo modo: habetur ꝓpositum. qꝛ illa forma nō est anima intellectiua. si secūdo modo: cū qualitas naturalis presupponat quantitatem: adhuc habetur ꝓpositum ꝙ prim⁹ terminus cōuersionis includit materiā cū quantitate et qualitate. et ita erit dupliciter ens per accidens et c̃. ¶ 4⁰. Quia non sunt efficaciora verba super sanguinem ꝗ̄ super corpus. sed dicēdo hic est sanguis meus vel calix nō potest ibi fingi termin⁹ cōuersionis sola materia sub modo quātitatiuo. quia illud nō est sāguis cū sanguis dicat aliquā substātiam q̄ generat̃ ex nutrimēto sūpto et est ꝓmū cōuertendū in carnē. nec generaret̃ nec cōuerteret̃ nisi hr̃et ꝓpriā formā subalē. igit̃ et c̃. ¶ 5⁰. Qꝛ cū dr̃. hoc ē corp⁹. nō ponit̃ ad distrahēdū ð veritate carnis et ossis et huiōi: sꝫ potius vt icludit oīes partes ei⁹ qð ē ꝑmo aīabile. sed si diceret̃ hoc est caro vel hoc est os: videret̃ esse fictio ponere terminū cōuersiōis eē tātūmodo mām sub modo quātitatiuo vel mām sine forma subali. ergo multo magis est in ꝓposito accipiēdo corp⁹ vt est qddā includēs oīa illa vt hic accipit̃. ¶ 6⁰. Qꝛ ista via nō solū nō saluat sufficienter veritatē eucharistie: sꝫ nec saluat veritatē rei ꝓtēte in eucharistia. s. veritatē corꝑis Christi. qꝛ sicut in existētia naturali: ita et in eucharistia erat idē corp⁹ viuū ⁊ mortuū vt ꝓbat̃ ꝑ multas auctoritates sanctorū. similiter nec idētitatē sanguinis effusi super terrā de latere Christi mortui. ¶ 7⁰. Quia non pōt regulariter idem effect⁹ esse a quocūqꝫ ⁊ a quātūcūqꝫ diuersis agētibus. sed a quocūqꝫ et qualitercūqꝫ corrūpat̃ corp⁹ viuū dū tn̄ non resoluat̃ in elementa: semꝑ ꝓducit̃ idē et eiusdē rōnis. pꝫ ad sensum. sꝫ idē nō pōt eē ꝓprius termin⁹ actionis illi⁹ et istius agētis. ergo nō ē nouiter ꝓductū ꝑ actionē corruptiuā isti⁹ aīati: sꝫ ē derelictū. apparet in speciali si bos ꝑ cultellū vel submersionē vl̃ iterfectionē vl̃ alijs modis corrumpatur: semper derelinquitur idē cadauer et eiusdē rōnis. corrūpentia autem hec et illa non sunt nata inducere formā stati absqꝫ oīi alteratione ꝑuia. imo si deberet eadem talis forma induci ⁊ ab eodē agēte: hoc videt̃ vniformis alteratio necessario ꝑuia. sꝫ hic quātūcūqꝫ difformis alteratio ꝑcedat ab alio ⁊ alio agēte: sꝑ seqt̃ idē ter


minus. ergo in tali cadauere est aliqua forma q̃ prius fuerat simul cū anima tam in homine q̃ in alijs. ¶ 8°. Qz cōtradictio est imediata rō distiguēdi plura sub ente. vt potest hoc et illud recipiant contradictionem in essendo. quia si hoc est et illud nō est: non sunt idem ens in essendo. sic in ꝓposito forma anime nō manēte: corp⁹ et forma corporeitatis manēt. et ideo vr̄ in quolibet aīato necesse ē ponere aliā formā q̃ corp⁹ est corpus ab illa q̃ est aīatū. nō loquor ð illa q̃ corp⁹ ē hoc aīatū indiuiduū corporis qḋ est gen⁹ et habēs corpeitatē. sed loquor ð altera parte cōpositi qḋ nec est hoc indiuiduū nec spēs in genere corporis. imo nec ī genere substātie sed tātūmodo ꝑ reductionē. hec Scot⁹ in forma. ¶ Cōtra ꝓdicta arguit Aureolus. Omēs inquit cōcedūt q̧ hō non creat̄ fm carnē ſ solū fm aīam. ergo hō fm carnē generat̄ et ē extraduce. tūc sic. aut fm carnez est hō extraduce materialit̄ qz sola mā est extraduce: et hoc nō. qz tūc caro mea eēt ex pisce sicut ex patre meo. qz pr̄ me⁹ comedit piscē q̃ ꝯuersus est in semē pr̄is mei quo me generauit. Aut intelligitur q̧ caro sit extraduce fm eē accidentale qz accidētia carnis sunt extraduce: et hoc nō potes tu dicere. qz si aīa intellectiua vniretur imediate materie ꝑme: oportet q̧ in aduētu ei⁹ oīa accidētia corrūpant̄. qz fm te accidētia nō hñt mām ꝑmā ꝑ subiecto sed mediante aliq̄ forma sbali q̃ corrūpit̄ ꝑ te in aduētu forme q̃ est aīa. ¶ Cōfirmatur. qz accidētia cōsequunt̄ formā sbalē. igitur ab eodē agēte a quo sunt accidētia q̃ sunt extraduce. igit̄ manet forma q̃ est extraduce: vel accidētia erūt sine subō. Aut tertio modo caro ē extraduce qz manet forma q̃ erat fm eē formale: et tūc vel est caro ꝑ aīam intellectiuā: et sequitur q̧ nō est extraduce cū aīa intellectiua non sit extraduce: vel est ꝑ aliā formā ab aīa et hētur ꝓpositū. ¶ Cōfirmat̄. qz si forma nō est extraduce: nec effect⁹ forme est extraduce. sed anima fm omnes nō est extraduce. et per te autem esse carneuz est effectus formalis anime. igitur esse carneum in homine nō est extraduce. nō igitur debet dici q̧ homo fm carnem sit a parentibus. nec Christus ex virgine fm q̧ homo sed a deo imediate. quia ab eodem est effectus formalis et forma. sed forma est a deo imediate. igitur esse carneum et corporeum in Christo est imediate a deo. ¶ 2° ꝑncipaliter arguit sic. Materia et forma realiter distinguūtur ita q̧ sunt realitates distincte non in actu sed in potentia. quia in actu sunt vnum sed in potentia plura. sed anima et corpus fm phm se habēt vt forma et materia. igitur anima et corporeitas sunt realitates distincte. maior nota ē per phm et cōmentatorem in pluribus locis. 7° et 12° metha^e. sed minor habetur. 8° metha^e vbi dicitur q̧ ex anima et corpe fit vnū sicut ex cera et figura. Dices q̧ accipit ibi corpus ꝑ toto cōposito. cōtra. tūc ꝓpositio phi esset falsa. Itē. 8° metha^e vbi querit vtrū nomen significet materiam vel formā exemplificat: sicut hoc nomen hō animā vel corpus. Item phs. 2° de anima diuidit sbam in potētiā et actum. et ibi dicit q̧ aīa nō est potentia qz non est corpus. corpus aūt est mā et subm. Et cōmentator ibidē cōmēto. 4°. corpus est substātia q̃ est subm. et non loquit̄ ibi de toto certū est qz totū nō est subm. vñ fm eum anima respicit corpus sicut albedo subiectuz. et sicut albū non est subiectū sed cōpositum: sic in ꝓposito. Itē. 8° metha^e cōmento vltimo dicit. q̧ sicut nō accidit q̄stio in cōparatiōe figure cū cupro: sic in cōparatione anime cū corpe. anima eniz sic se habet ad corpus vt figura ad cuprū. Itē. 2° de aīa cōmento. 7° dicit idē. Itez ad idē ex diffinitione anime. 2° de aīa. aīa est actus corporis organici phisici et c̄. Respōdetur q̧ verū est cōiunctim. s. rōne cōiuncti. ita q̧ corpus accipitur ibi ꝑ cōiuncto. et hoc ꝓbāt. quia sequit̄ infra. corpus autem nō est abijciens aīam. Cōtra. ibi inuestigatur duplex substātia. vna q̃ est mā. alia q̃ ē forma. et ibi dicit q̧ corpus est mā et subm. sed cōpositum nō est mā et subm. Itē infra dicit. q̧ sicut se hēt potentia visiua ad pupillā: sic anima ad corpus. sed pupilla se habet ad potētiam sicut materia. ergo et corpus respectu anime. Itē cōmentator dicit ibidē q̧ non est querenda causa nec ratio quare ex anima et corpore fit vnum nisi quia hoc est ꝑfectibile et illud perfectio. ¶ Ad illud vero quod dicit Aristoteles q̧ corpus non est abijciens animam: verum est sed tunc est fallacia consequentis. corpus non est abijciēs animam. ergo corp⁹ est compositum. infert̄ enim a pluribus causis veritatis ad vnam. nam compositum non abijcit animam nec corpus abijcit animam: licet aliter et aliter. vnde equiuocatio est in expositiōe phi. nam phs ibi dixerat q̧ corpus est substātia q̃ est potentia respectu anime. modo quia posset sic intelligi q̧ corpus sic esset potentia respectu anime sicut semen est potentia ipsum generabile sic q̧ abijciatur forma generabilis stante forma seminis: corpus autem non sic est potentia q̧ abijciat animam istaz dum est actu forma corporis: ideo ad hoc designandum dicit notabiliter corpus non abijciat animam: hoc est q̧ anima et forma corporis sunt simul et non se abijciunt.

ex quo patet ꝙ auctoritas magis est ad oppositū ꝗ̄ ad ꝓpositū. ¶ 3° ꝑncipaliter arguit sic. Si aīa daret eē corporeū et imediate vniret̄ materie ꝑme vel imediate informaret ꝑmaꝫ mām: sequit̄ ꝙ aīa esset act⁹ substantie in pura potētia materie nō aūt substātie in actu. sꝫ ꝯn̄s est falsum et ꝯ̄ cōmētatorē. 5° metha. vbi dicit ꝙ aīa est forma entis in actu ad differentiā aliaꝝ formaꝝ q̄ sunt forma entis in potētia. vn̄ distinguit ibi formas corpoꝝ simpliciū a forma hois q̄ ē aīa. qꝛ forma hois est forma substātie in actu: alie vero sūt forme substātie in potētia materie. ¶ 4° sic. Phs ꝑmo de aīa improbat opinionē Empedoclis ponētis ꝙ aīa est forma mixti cōflata ex elementis. Aristo. enī ꝓbat ibidē ꝙ illa opinio non ē vera ꝙ s. aīa sit armonia vel forma mixti sicut alie forme. Tunc sic. caro hois ꝛ os sunt forme mixte cōflate ex elemētis. sed aīa non est talis forma. igit̄ et ē. maior ꝓbat̄ ꝑ phm̄. 7° metha. et cōmentatorē in fine dicētes ꝙ caro et os sunt forme cōflate ex realitatib⁹ elemētoꝝ. vnde ibidē dicit ꝙ q̄dā sunt forme medie ex realitatib⁹ elementoꝝ. et tūc subdit. alle forme in q̄busdā sunt caro in q̄busdā sunt os et ē. Et cōmentator ibidē dicit cōmēto vltimo ꝙ sicut littere cōponūt sillabam ita elemēta carnē. minor patet ꝑ phm̄ vbi supra cōtra Empedoclē. et habet Aristoteles cōtra eum tres rōnes. ꝑma est. qꝛ nullū cōpositū ex elementis hēt dominiū sup alia. sed aīa mouet corp⁹ ꝑm plenū dominiū. igit̄ et ē. secunda ē. qꝛ enī mēbra hois sunt cōposita ex elementis: ideo oꝑationes mēbroꝝ indigēt elemētis vt auris aere visus aq̄ et sic de alijs. sed oꝑatio aīe nō eget aliq̄ elemento. igit̄ et ē. tertia est. qꝛ multe sunt mixtiones in corpe puta carnis et ossis: et diuerse diuersorum mēbroꝝ. sed aīa ē vna. quare aīa non est mixtio nec forma mixta. Et phs et cōmētator dicūt ibi ꝙ inter omnes opiniones de aīa: illa Empedoclis ē ꝓbabilior. et hoc nō sine ratione cū appareat ꝙ ex corruptiōe anime corrūpit̄ mixtio et ecōtra. Et cōmētator dicit ibi cōmento. 6°. si aīa est aliud a forma carnis: arguit ꝯ Empedocle: q̄re corrūpit̄ corruptione mēbroꝝ et armonie corporis. et hoc dicit ꝙ ideo ē: qꝛ corrūpit̄ corrupto q̄dā alio. s. debita dispositione corporis. Itē cōmētator. 2° de aīa cōmēto. 43. ꝓbat ꝙ aīa non est mixta: qꝛ omnis forma de genere mixtoꝝ de necessitate ē grauis vel leuis. s aīa sꝫ eū nō ē hm̄oi. qd ꝓbat. qꝛ alias n̄ eēt ꝑncipiū augmēti in aīali. cui⁹ rō est. qꝛ omnis talis forma hēt motū ad vnā dimēsionē tm̄ vt pꝫ de graui et leui. s aīa est ꝑncipiū mot⁹ ad omnē dimēsionē in lōgū latū et ꝓfundū. ex q̄ pꝫ ꝙ falsum ē illud dictū. s. ꝙ aīa cōtinet ꝟtualit̄ formā mixti. nō enī pōt eē ꝑn̄ᵐ taliuꝫ oꝑationū nec subm̄ q̄litatū puta grauitatis vl leuitatis q̄ sequunt̄ formā mixti. sed elemētū ꝑdominās. hinc ē qd dicit phs. 7° phi. ꝙ in nob ē duplex mot⁹. vn⁹ q̄ est ex aīa: ali⁹ qui ē ex elemētis. ¶ 5° ꝑncipalit̄ arguit. qꝛ idē nō mouet seipm̄. sꝫ aīa mouet corp⁹. ergo ei⁹ realitas est alia a realitate corpis. Vel sic. si eadē esset realitas anime ꝛ corpis: impossibile eēt ꝙ aīa moueret corpus. cuius rō est. qꝛ tunc idē rōne eiusdē realitatis esset motor et motū. qd ē impossibile apud phs. sꝫ aīa mouet corp⁹. ē enī ꝑmus motor in corpe ꝑꝫ phm̄ in de motu aīaliū et. 8°. phi. Et ista ē rō cōmētatoris. 3° celi ꝛ mūdi cōmē. 28. vbi dicit ꝙ motor distinguit̄ essentialit̄ a moto in aīalib⁹. Hoc idē dicit. 8° phi. cōmen. 18. Et. 30. magis expsse dicit ꝙ aīa q̄ est motor in aīalib⁹ distinguit̄ a moto ꝑ essentiaꝫ. et qꝛ ex hoc dicit ꝙ aīal pōt mouere seipsum ꝑ formā suā. corpa āt simplicia nō pn̄t se mouere ꝑ formā suā. et ibi instat ꝯtra se dicēs ꝙ i corporib⁹ simplicib⁹ forma differt realit̄ a mā. igitur ista pn̄t se mouere rōne forme ꝛ moueri rōne materie. nec sequit̄ ꝙ mouēs et motū sint idē. et tūc respōdet ꝙ licet mā differat a forma: tn̄ ista non pōt esse motū per se cum non sit ens actu sed potentia. corpus autem in animali est ens actu. ecce expresse quomodo ibi vult ꝙ corpus motum vt distinguitur ab anima non est mā tm̄. qꝛ tunc ita parum posset moueri ab anima sicut mā a forma. ¶ Sed forte ad hoc dicetur ꝙ anima nō mouet corpus imediate sed mediāte potentia: ita ꝙ potētia eius est ꝑmus motor. potētia autem est qualitas distincta. ꝛ tunc dicit̄ ꝙ corpus qd dicit cōpositum ex mā ꝑma et ex anima est ens actu. et hoc mouetur non ab anima. qꝛ tunc idem seipsum moueret ꝑmo: sed a potētia anime. iō aīa mouet mediate et per accidens: sed est motuꝫ ꝑ se. Contra. nulluꝫ accidēs mouet ad vtrāqꝫ partem nisi ꝑmū mouens sit anima respectu accidētis. Item qꝛ responsio cōtradicit expresse textui Aristotelis qui dicit ꝙ anima q̄ est forma mouet corpus. ideo animal mouet se ꝑ formā suam. Itē in de causa motus animaliū dicit ꝙ anima est ꝑmū mouēs. Et cōmentator in multis locis dicit idem. Item hoc est contra sensum. quia videm⁹ corpus animalis simul totum moueri vsqꝫ ad indiuisibile. vnde muscul⁹ mouetur a spū. et oēs spūs mouent̄ vsqꝫ ad vnū pūctū. et ex hoc arguit phs sic. In hm̄oi motib⁹ aut mouet ille pūct⁹ qui apparet imobilis: aut mouet totum cōpositū ex anima et corpore: aut aīa et nō pūct⁹. nō q̄dē

punctus: q2 mot⁹ phisicus est necessario a quāto.
nec a toto: q2 illud ē p se motū. ergo mouens ne-
cessario est aīa cui⁹ mot⁹ est ad punctū. et quātū
ad hoc illa nō mouet corp⁹ organice. ¶ 6° argu
it sic. Si aīa rōnalis nō diceret aliā realitatem a
realitate corporis: tunc sequūtur duo incōueniē
tia. scilicet q anima est extēsa: vel q pes me⁹ est
substātialiter idē cū oculo. nā quia nō differūt ī mā
nec in forma: vel nō differūt in aīa q2 aīa est tota
in toto ⁊ tota in qualibet parte. et si anima non
esset aliud a corpore: non esset aliud esse anima-
tum ab esse corporeo et carneo. et sic caro hoīs
erit vere tota in toto et tota in pte cū sit caro p
solā aīam. Dices q differunt p quātitatē. Cōtra
aut quantitas ista extendit animam: ⁊ sic anima
erit extensa. aut non: et ita effectus formalis ei⁹
non est eē extēsum: ita q esse carneū nō erit esse
extēsum. ¶ 7° Si aīa est sola forma in hoīe: q̄ro
quid ē subm quātitatis. aut sola materia: et tunc
nichil extēdetur in hoīe nisi sola mā. et sic sequit
q ens in pura potētia erit subm accidētis qđ tu
negas: et quātitatis terminate qđ phs et cōmen
tator hñt p inconuenientī. quelz enī res prius est
ens actu q̄z tale accidētale ens. aut subm quāti-
tatis est totū cōpositū ex materia et forma: ⁊ tūc
aīa necessario erit extēsa. aut tertio subm quanti
tatis erit mā cū aliq̄ alia forma subali: et tūc ha-
betur ppositū q in homine est alia forma ab aīa.
Dices q cōpositū ex aīa et corpe est subm quāti-
tatis: nec tñ ppter hoc aīa ē extēsa sed cōpositū.
Cōtra. impossibile ē q aliquid sit subm forme et
nō recipiat effectū formalē. nō enim effectus for
malis est aliud a forma: siue formā eē in subiecto
et subm recipe illā formā. sed in pposito effectus
formalis anime nō est aliud nisi animā corp⁹ in-
formare et corp⁹ ab anima informari. sz effectus
quātitatis est eē quātū partibile siue partitū. igi
tur si totū cōpositū ratione cuiuslibet partis est
subiectum quātitatis: quelibet pars recipiet effe
ctum formalē quātitatis. Cōfirmat. q2 impossi-
bile est q aliq̄ forma respiciat mām mediātibus
dimēsionibus et nō sit extēsa. et hec est rō cōmen
tatoris in de suba orbis. ¶ 8° arguit sic. Nutritio
est quedam partialis a ggeneratio. tunc q̄ro aut
nutritur anima. aut accidēs. aut substātia existēs
actu per aliā formā ab anima. aut sola materia.
non primum. quia quod nutrit: per corruptionē
potest deperdi et abijci. anima autem non ē pas-
sibilis et trāsmutabilis trāsmutatiōe phisica. nec
potest dari secundum. s. q accidentia. q2 fm phz
2° de generatione: vnūquodqz nutritur in q̄ntū ē
quid. nec potest dari q sola materia per hoc q so

la materia nutrimenti additur ad priorem for-
mam. restat igitur q illud nutritur quod potest
in substātia sua pfici et deperdi sicut compositū
ex forma substantiali que est alia ab anima et ex
materia. ¶ 9° arguit sic. Quia in nutritione ho-
minis aut alterius animalis acquiritur noua for
ma vel pars forme. ergo cum nō acquiratur aliq̄
pars anime rationalis: sequitur q in homine est
alia forma substātialis ab anima rationali. Assū
ptum pbatur. quero inquit de ppria actiōe for-
me rei nutriende ad quid terminatur. aut enim
terminatur ad solam corruptionē forme alimē
ti: et hoc non potest dari fm phisicam veritatē.
agēs enim nō est per se corrumpens. non enim
corrumpit nisi quia generat. vnde agēs non in-
tendit negationes per se. 9° metha cōmen. 43.
vnde repugnātia est dicere actionem esse tātū-
modo puatiuā. Aut secundo illa actio terminat
ad copulationē prioris forme cū materia: et hoc
non pōt dici. tum q2 illa copulatio est relatio. ge-
neratio autem nō per se terminatur ad relatio-
nem. tū q2 talis copulatio q̄ ponitur relatio nō
cadit inter formā et materiam. tum q2 agens est
extrahēs de potētia in actū. 7°. et. 12° metha. sz
per hoc q ageret istā copulationem non esset ve
re extrahēs de potētia ad actum. q2 ibi nichil eēt
quod deduceretur de potētia ad actum. sed for-
te ibi esset eductio de potētia non vnita ad potē
tiam vnitā. vnde nichil esset ibi eductū de potē-
tia materie. Aut tertio illa actio terminat ad pri
mam formā carnis de nouo inductā: sed hoc non
potest dari. q2 noue actionis est nouus termin⁹
formalis. vnde restat q p actionē nutritiue edu
catur noua forma in actū. ¶ 10. arguit sic. Vni-
formiter fit nutritio in homine et in alijs anima
lib⁹. sed non fit nutritio in alijs animalibus sine
acquisitione noue forme partialis quod patet.
quero enī aut tota forma preexistēs et informās
priorē materiā informat nouiter materiā alimē-
ti: aut pars eius. si tota: hoc est impossibile. quia
fm hoc sensitiua bruti esset indiuisibilis et inextē
sa sicut anima intellectiua et esset tota in toto et
tota in qualibet parte quod philosophus impro
bat primo de anima. vbi dicit q hmōi forma ē vna
in actu et multe in potentia ad modū continui.
et exemplum ad hoc manifestum est in animali-
bus anolosis. Nec pōt dari secūdū. s. q aliq̄ pars
forme precedētis informat mām aduenientem. s.
alimēti. q2 in talib⁹ formis extēsis sicut totū cor-
respōdet toti: ita pars correspōdet parti adeq̄te
q2 sic tota forma nō pōt eē forma alteri⁹ simul to
tius: sic nec pars ptis. Cōfirmat. q2 ita impossi-

bile est q forma sbalis migret de subiecto in subz
sicut est ipossibile de forma accidētali. tu autē po
nis q migret: qz preexistēs informat nouiter no
uam materiā. Itē sm te materia est causa distin-
ctionis et multitudinis. igit alietas materie faci
et alietatē forme. igit oportet q forma q̄ induci-
tur in ista materia sit distincta a forma q̄ inducit
in alia materia simpliciter vel saltem sm partē. hec
sunt argumēta Aureoli in forma. Multa alia ar
gumēta fiūt: sed ex solutione premissoꝝ patet so
lutio alioꝝ. ideo in hoc secūdꝰ articulꝰ terminat.



Quantum ad ar
ticulū tertiū pmo notādū est q
in generatiōe hominis semē de
cisum a gnāte tanq̄ instrumen
tū nature humane in cuiꝰ vtute
agit inducat in materia nō solū dispositiones cō
uenietes anime vegetatiue et sensitiue sed etiaz
suo ordine dispositiones cōuenietes anime intel
lectiue. q̄ licet nō causetur ex vtute seminis quē-
admodū in aialibus et plātis: introducit tamen
et vnit materie sic disposite et nō alit. quāuis eni
aia intellectiua sit p creationē et nō simpliciter ex
vi generatiōis: requirit tn̄ q in mā cui introducit
precedāt dispositiones p agētia naturalia causa
te qbus ppriꝰ actꝰ in propria materia recipiat.
aia cui intellectiua est corpis humani ppriꝰ actꝰ
et forma naturalis licet supnaturaliter producta
Ut. n. S. T. dicit de spūa. crea. ar. 2º ad. 4ᵐ et
5ᵐ. aia intellectiua sm suā eēntiā ē forma corpis
et non per aliqd additū et pars humane nature
vn̄ et pfectionē sue nature nō habet nisi in vnio-
ne ad corpꝰ. cuiꝰ signū est q in vtute ipsius aie ē
q fluāt ab ea quedā potētie q̄ sunt actꝰ organoꝝ
corporaliū. cū itaq3 aia intellectiua sit p se et sm
suam essentiaz forma corpis humani et requirat
certas ac debitas dispositiones in materia vt ei
vniat q̄ per virtutē agentis naturalis inducunt:
cōsequens est q agēs naturale agat ad vnionez
anime intellectiue cuz mā. et qz ex huiuscemodi
vnione resultat et cōstituitur homo: sequitur q
agēs naturale sit hominē generās. iuxta qd phs
dicit. 2º phi. q sol et homo generāt hominē. vn̄
stat bene q anima intellectiua sm se nō generet
sed sit a solo deo per creationē: et tamē q homo
ex aia intellectiua et corpe substātialiter cōstās:
per virtutē agentiū naturaliū generet. Qd aūt
dicitur in libro de spū et anima q aia pregrauat
corpore: nō est intelligendū quasi illud cōueniat
corpori humano ex natura sua: sed qz ex corrup-
tione corpis ppter defectꝰ cōtingentes aia pre-
grauat sm illud sapiētie. 9º corpꝰ qd corrūpitur
aggrauat aiaz. verū q liber ille d spū et aia modi
ce est auctoritatis neq3 est ab Augustino editꝰ vt
quidaz arbitrātur put. S. T. notat in multis lo-
cis. ¶ Sed cōtra premissa videtur facere qz sm
doctrinā S. T. aia intellectiua in gnātione hois
vnitur materie nude ab omni alia forma substā
tiali et accidētali. frustra ergo videtur q precef-
serint dispositiones alique in mā. et p ꝯn̄s q hu-
iusmodi dispositiones introducte p agēs natura
le nō possint aliquo modo causare vnionē aie cū
mā cū in ipso instāti vnionis non iā sint. ac p hoc
q agētia naturalia nichil efficiāt ad talē vnionē
neq3 aliq̄ ratione possint dici generātia hominē.
Et cōfirmat: qz ipa mā et aia intellectiua sunt a
solo deo p creationez. si ergo in ipa vnione nulle
inueniant dispositiones in mā p virtutē agentis
naturalis inducte: nō videt q agēs nāle cuius a-
ctio est mediātibus q̄litatibꝰ et dispositionibus
naturalibꝰ vllo modo attingat ad vnionē anime
cum mā nec p ꝯn̄s ad gnātionē hominis. ¶ Sed
ad hāc obiectionē respōdemꝰ q aliqd facere ad
vnionē duoꝝ dupliciter pōt intelligi. Uno mo-
do tanq̄ mediū vnionis vtrūq3 cōtigēs et ligās
ad modū bituminis vl claui: et isto modo id qd
cōfert ad aliquoꝝ vnionē oportet manere in ipa
vnione cū sit eius cā no solū q̄ᵐ ad fieri sz etiam
q̄ᵐ ad esse. et p hūc modū dispositiones in mate
ria precedētes introductionē forme sbalis nō fa
ciunt ad ipsarū vnionē. Alio modo dr aliqd face
re ad duoꝝ vnionem non q̄si mediū inter ea inci
dens et vtrūq3 cōtingēs: sed qz alteꝝ ipsoꝝ dis-
ponit ad alteriꝰ receptionē vl vt illi vniat. p quē
modū virtꝰ et motio instrumēti facit ad vnionē
forme artis cū mā p hoc q disponit materiaz ad
recipiēdā formā. et vtꝰ maris cū semine deciso fa
cit in gnātione aialiū ad vnionē aie cū mā prout
phs inqt. liº de gnātione aialiū p hoc q disponit
māz secꝰ ad aie receptionē. et q isto mō facit ad
vnionē aliquoꝝ: nō oz q maneat post ipoꝝ vnio
nē. vn̄ et postq̄ pducta ē aia sensitiua in gnāto p
vtutē pncipij actiui qd erat in semine: virtꝰ acti-
ua seminis esse desinit dissoluto semine ꝛ euanes
cente spū q̄ inerat. Neq3 est hoc inconueniēs vt
S. T. inqt. pª. p. q. 118. ar. pº ad. 4ᵐ. qm̄ virtus
ista ē īstrumētale agēs. motio āt īstrumēti cessat
effectu in eē iā pducto. ꝛ p hūc modū dicimus q
dispositiōes pcedētes ī mā faciūt ad vnionē for-
me introducēde cū mā: inq̄ᵐ disponūt māz ad
ipsiꝰ receptionē. Et licet huiuscemodi dispositio
nes ī instāti itroductiōis forme ī mā desināt eē, pp
ter corruptionē subti sic dictū fuit distin. pcedēte.

quia tñ p tẽpus imediate precedẽs ipm instans quod est ei⁹ terminus predicte dispositiones ad ipam forme introductionẽ naturalit̃ disponebãt ideo vnio forme cũ materia dr̃ fieri dispositiue p ipsarũ dispositionũ causalitatẽ. vt imaginemur q sicut tẽpus alterationis attingit instãs generationis tanq̃ ei⁹ terminũ imediatũ: ita et causalitas ipsaꝝ qualitatũ vel dispositionũ attigit tanq̃ ei⁹ terminũ ipam forme introductionez et vnionem cũ mã: quãuis ad ipam forme subam pducẽdam vt est ↄ aĩa intellectiua ei⁹ causalitas nõ directe se extẽdat. ¶ Ad pmissoꝝ aũt pleniorẽ intellectũ notãdũ ẽ put. S. T. dicit ↄ põ dei. q. 3ª. ar. 9º. ad. 9ᵐ q alit̃ ẽ in gñatiõe hoĩs et alit̃ i gñatione aeris vł aq̃. nã gñatio aeris ẽ simplex. qꝛ in tota aeris generatione nõ nisi due forme sbãles apparent: vna q̃ abijcit̃ et alia q̃ inducit̃. qđ totũ fit simul in vno instãti. vñ ante introductionẽ forme aeris semp manet in mã forma aque qñ ex aqua fit aer. generatio aũt hominis vel aĩalis non est vna simplex sed ꝯtinet in se plures generatiões et corruptiões cũ ibi appareãt diuerse forme substãtiales. pmo enĩz apparet ibi mẽstruũ vel spma qđ nõ ẽ actu viuũ. postea apparet viuũ p aliã formã. s. aĩam vegetatiuã. deĩde apparet aĩal p aĩaz sensitiuã. et vltimo homo p aĩam intellectiuam. nõ enim eñ põt q vna et eadem forma substãtialis gradatim educat̃ in actũ omniũ istoꝝ. nã forma substãtialis gradus nõ habet cũ nõ suscipiat magis et min⁹ neq̃ successiue in actũ pducatur: sed in istãti: alias oporteret gñationẽ substãtie esse motũ. ppt qđ phs dicit. 15º ↄ aĩalib⁹ q embrio pmo viuit vita plãte p animã. s. vegetatiuã. deĩde illa abiecta viuit vita aĩalis p animã sensitiuã. qua iteꝝ abiecta demũz viuit vita hominis. huiuscemodi autẽ gñationes et corruptiones fiũt per ꝟtutẽ actiuã seminis a generãte decisam: generationes p se corruptiones vero ex ꝯsequẽti. vnde in generatione hoĩs virt⁹ actiua et formatiua q̃ a generante homine cum semine deriuat̃: habet ꝟtutẽ anime gñantis p modũ instrumẽti. quẽadmodũ p motionem artificis ꝟtus artis ad imaginẽ fabricãdam: deriuat̃ p artificis motionẽ ad serrã et dolabrã et ad cetera q̄bus vtit̃ instrumẽta. hec aũt virtus actiua ⁊ formatiua seminis agens in ꝟtute hoĩs generãtis: pmo causat i mã embrionis ꝯuenientes dispositiones etiã necessitantes ad introductionẽ forme viui. qua introducta: forma prior abijcit̃. qꝛ vt phs dicit primo de generatione: non põt naturaliter esse gñatio vnius sine corruptione alterius. et quia generãs in cuius virtute agit: nõ solum est quid viuum sꝫ etiam animal: introducta forma viui: vlterius se extendit ad inducẽdas dispositiones ꝯuenientes forme animalis. et qꝛ ipm generãs nõ solum est viuũ et aĩal sed est etiã hõ: vlteri⁹ ipsa vis formatiua ab eo decisa agit ad inducẽdas dispositiones homini ꝯuenientes vsq̃ ad vltimũ gradũz q̃ est necessitas ad formã hoĩs put. S. T. inquit ↄ potẽtia dei. q. 3ª. ar. 9º. ad. 2ᵐ. ex q̃ patet q i generatione hoĩs necessario in embrione pmo introducit̃ aĩa vegetatiua: et deinde aĩa sensitiua. qñ ꝟtus seminis decisi a gñante hunc ordinem nãliter hẽt in agẽdo eo q agit in ꝟtute anime q̃ ẽ et vegetatiua ⁊ sensitiua et rõnalis. Neq̃ est inꝯueniẽs vt. S. Doc. ait ꝯtra gẽtiles liº. 2º. caº 89. si forme intermedie inter pmã formã elemẽti et vltimã formã ad quã gñatio ordinat̃ naturaliter pducant̃ stati postmodũ corrũpende. quia hm̃oi forme intermedie nõ dãt spẽm ꝯpletam: sꝫ sunt vt i via ad pfectã spẽm. et iõ neq̃ ipe neq̃ supposita q̃ ꝯstituũt pducunt̃ vel generant̃ vt pmaneãt: sed vt p ea ad vltimũ gñatum pueniat̃. Neq̃ iteꝝ obstat q tota gñationis trãsmutatio nõ est ꝯtinua sꝫ sunt multe gñationes intermedie: qꝛ id ipm accidit in alteratione et augmẽto. non eñi tot⁹ alterationis mot⁹ vel augmẽti ẽ ꝯtinu⁹. solus eñi mot⁹ localis ẽ vere ꝯtinu⁹ put phs docet. 8º phi. et licet forma hoĩs. s. aĩa intellectiua nõ pducat̃ nisi p creationẽ a solo deo: nichilomin⁹ hõ naturalit̃ generat hominẽ et generatio hoĩs nãlis est nõ miraculosa. tuz qꝛ anima intellectiua ẽ ppria ⁊ naturalis forma hominis. tum qꝛ mediãtib⁹ naturalibus dispositionibus p agens naturale inductis: pprie materie vnitur. tum qꝛ materia taliter disposita: est naturalit̃ capax ipsius. tum etiã qꝛ ſm naturalẽ et solitũ cursum a deo institutũ aĩa intellectiua materie non nisi certo modo disposite vnitur. Neq̃ est inꝯueniẽs q forma a solo deo creata presupponat agẽtia nãlia et naturales dispositiones in mã necessitãtes ad ipsi⁹ forme infusionẽ: qꝛ illud fit deo qui est actor et dator nature sic instituẽte: non q talis necessitas sit absolute et simplr̃ ex vi naturalis agentis aut dispositionũ naturaliũ sed pricipalit̃ ex infallibilitate diuine pvidẽtie. sicut eñi grã quãuis a solo deo creat̃ et anime infunditur necessario datur homini preparãti se faciẽti. s. qđ in se est necessitate infallibilitatis diuine institutionis ſm illud Zacharie pmo. ꝯuertimini ad me ⁊ ego ꝯuertar ad vos. et ioãnis. 6º saluator dicit. omnis q̃ audit a prẽ et didicit venit ad me. ita licet anima rationalis a solo deo creetur: necessario tamen et naturaliter modo supra expo-

fito infundit et vnitur materie nõ necessitate se cundo℞ agentiũ simpliciter loquẽdo: sed principaliter necessitate infallibilitatis diuine istitutiõis qua ⁊ agentib⁹ naturalib⁹ vim dispositiuã contulit necessitantẽ ad aĩe rationalis introductionem et materie certo ⁊ debito mõ disposite aiam disposuit creando infundere. vnde ⁊ miraculo ascriberetur ꝙ materie tali mõ disposite p agẽtia naturalia: deus aiam creando nõ infunderet.

¶ Secundo notandũ est ꝙ lꝫ forma subalis nõ expellat a mã per aduentũ alteri⁹ forme subalis pfectioris rõne cõtrarietatis qꝛ sube nichil est cõtrariũ: expellit tñ necessario ꝓpter duo. Unum est: qꝛ cũ forma pfectior cõtineat iperfectiorem virtute ⁊ adhuc ampli⁹: sꝫ aliquid ponit in subiecto forma pfectior cui⁹ priuationẽ implicat ⁊ ponit i subiecto forma iperfectior: quẽadmodum qꝛ aĩa bruti addit sensum supra aiam plãte: ponit ⁊ implicat in subo aliqd. s. sensibilitatem cui⁹ priuationẽ ponit aĩa vegetatiua in subo suo. s. plãta: quia ergo ipossibile est idẽ subm simul hr̃e in se aliqd positiuũ ⁊ ipius positiui priuationẽ: ita impossibile est ꝙ forma pfectior et iperfectior simul sint in eodẽ subo. alias simul in eodẽ subiecto eẽt aliqd et ipius priuatio qd implicat cõtradictionẽ. Aliud est qꝛ oẽs forme q̃ habent idẽ susceptiuũ ꝓximũ sunt eiusdẽ gñis phisici ꝓut ex dictis phi accipit 5° li° metha. dicẽtis ꝙ diuersa genere sunt q̃ idẽ susceptiuũ ꝓximum nõ hñt. Huius autẽ rationẽ deducit. S. Tho: opus: 45. d pluralitate formarũ: qꝛ potẽtie distinguunt per act⁹ vt phs tradit 2° de aĩa. proximũ autẽ susceptiuum cuiuslꝫ act⁹ ẽst põ nata perfici p illũ. vnde oꝫ ꝙ oẽs actus habentes idẽ susceptiuũ aut subm ꝓximũ sint eiusdem gñis phisici: nunc aũt oẽs forme materiales gñabilium rerũ ⁊ corruptibiliũ habent idẽ susceptiuũ proximũ cũ sint perfectiões eiusdẽ potẽtie scꝫ materie prime. mã eni id qd est: est põ quedã ordinata ad oẽs formas mãles tanq̃ ad ꝓprios act⁹ et pfectiones ꝓut phs docet p° phy. ideo iste forme mãles gñabilium ⁊ corruptibiliũ sunt eiusdẽ generis phisici. vocam⁹ aũt hic formas mãles oẽs illas q̃ ex natura suã hñt ꝙ materiam pficiãt et informent: forme aũt q̃ sunt eiusdem gñis phisici naturalit nõ se compatiũtur simul in eodem subiecto. cui⁹ rõnem. S. Tho: assignat loco ꝓxime allegato. qꝛ diuerse forme eiusdẽ gñis phisici diuersas requirũt dispositiões per quas earũ sbm vel susceptiuũ illis appropriet eo ꝙ ꝓprius act⁹ est in ꝓpria põ vt dr̃. 9° metha: neqꝫ forma ẽẽ pt in mã scdm nature ordinẽ nisi debite disposita fiat sibi ꝓpria. diuerse aũt dispositiones diuersarum formarũ non psũt simul eẽ in eodẽ susceptiuo ꝓprio. alias vtriusqꝫ forme cõis esset dispositio et nulli⁹ esset ꝓpriũ subm qd est cõtra dicta phi p allegata: vñ lꝫ in via gñationis dispositio vnius forme disponat ad inductionẽ dispositiõis alterius forme: tñ in via eẽndi ꝓpria dispositio vni⁹ dispositioni repugnat alteri⁹ neqꝫ secum illã cõpatit. ¶ Ex premissis contrariat falsa quorũdam imaginatio ꝙ: s. forma subalis presertim iperfectior expelli nõ possit a mã per aduentũ alterius forme pfectioris ꝓ eo ꝙ nõ habeãt inter se contrarietatẽ. pꝫ aũt ex premissis ꝙ nõ ex sola cõtrarietate habeãt forme ꝙ se inuicẽ expellãt ab eodẽ subo: sed etiã ꝓpter alias causas vt deductum est. et q̃uis pdicte forme ꝯtrarietatẽ ꝓprie dictã adinuicẽ nõ habeãt: qꝛ tñ se hñt vt habit⁹ et priuatio sicut dictũ est q̃ simul in eodẽ eẽ nõ possunt. id nimirũ ꝙ sint incõpossibiles circa idẽ subm: vñ et plures figure vt trigonum ⁊ tetragonũ incompossibiles sunt eidẽ subo ꝓximo: lꝫ contrarietatẽ nõ habeãt. ꝓ eo ꝙ se hñt adinuicem sicut habit⁹ et priuatio. nã trigonũ priuationẽ importat anguli quẽ tetragonum addit supra trigonũ. trigonũ eni est figura hñs tres angulos cũ precisione et exclusione pluriũ angulorum.

¶ Tertio notãdũ ẽ ꝙ vt accipitur ex doctrina. S. T. in mult' locis ⁊ presertum. opus. 33. de mixtiõe elementorum. et in cõmento sup p° li° de gene: et corruptiõe. lec. 22. forme elemento℞ aut subales aut accidẽtales nõ manent in mixto formalit ꝫ virtualit tñ: forme quidẽ subales manẽt virtute i forma subali mixti q̃ virtualiter pfectiones ipsarum cõtinet: quẽadmodum aĩa sensitiua ꝟtute cõtinet perfectiones vegetatiue et quarũcunqꝫ formarũ corporũ inaĩatorum. Forme autem accidentales vt qualitates elementorum manent cõsimiliter in qualitate ꝓpria mixti que vocatur complexionalis: vnde mixtum dr̃ componi ex elementis non sicut ex partibus cõstitutiuis quẽadmodũ cõponitur ex materia et forma que realiter ẽt actu in ipso manent et eius realitatem ac naturam constituunt: sed dupliciter aliter: Uno modo qꝛ improprie et abusiue: qꝛ. s. vt dictum est: mixtum cõtinet in se virtualiter elemẽta et quantũ ad substantialia ⁊ quantũ ad accidentalia. Alio modo quia p actionem elemẽtorum in se inuicem agentium suis actiuis et passiuis qualitatibus contrarietatem habentibus virtute celesti principaliter mouente et id agente: causat in materia quedam qualitas media et cõtemperata scdm ꝓpor-

tionē debitā ad formā mixti q̄ virtutem et naturā sapit elementariū qualitatū sicut mediū sapit naturam extremorū cū ampliori tñ pfectione ex influētia celi τ virtute specifica forme mixti. τ hec est ppria qualitas corporis mixti. sicut qualitas simplex est ppria qualitas ad formam corporis simplicis differēs tñ in diuersis fm diuersam mixtionis pportionem. vt isto modo mixtum cōpositū dicat ex elementis qz. s. ex mutua actione elementorum: mixtū aggeneratur τ resultat cū media q̄litate complexionali virtutē habēte elemētarium qualitatū. et iste est sensus phi cū dicit loco preallegato. neq3 manēt igit actu. s. elementa vt corpus τ albū neq3 corrumpūtur neq3 alterū neq3 ambo. saluat enim virtus eor. Dicunt autem non corrumpi elemēta in gñatione mixti vt S. Tho. exponit. opus. allegato: qz nō sic penitus corrūpuntur sicut corrumpit mixtū qñ ex eo corpus simplex elementi vel aliud mixtum generatur vbi nec suba ipsius nec virtus manet. in generatione autē mixti ex elemētis τ si nō maneat eor suba: manet mō predicto eorum virtus. Dicitur aūt corpus mixtum resolui in elementa: nō tanq̄ in aliqua actu in mixto existētia vel tanq̄ in partes ex qbus actu constituatur: sed qz mixtum dum corrumpit: resoluitur in materiam primam cuius potentia per se et imediate ē ad formas elementorū: ita q ad earum receptionē nō indiget preuia dispositione. est enim materia prima ex natura sue potētie pprium susceptiuū forme elemētaris. et de hoc. S. Tho. opus. 42. de natura gñis. ca. 16. Unde cōsiderando solā mixti corruptionē sine respectu ad aliquas dispositiones quas materia pōt habere p actionē naturalis agētis in ordine ad aliam formā mixti: terminabit ad gñationem elemēti ad cui⁹ formā vt dictū est mā ex nā sue potētie sp est disposita sicut et ad formā corporeitatis. sunt enī elemēta pma origine inter corpa gñabilia τ corruptibilia vt ex dictis phi accipit. 2° de gene. Unū sensus est cum dr corpus mixtum resolui in elemēta: q si in corruptione mixti cessaret ois actio naturalis agentis disponentis ad introductionē alteri⁹ forme τ relinqueret processus resolutiōis mixti vie τ ordini nature: talis resolutio terminaret ad generationem elementi ppter causam statim assignatam. Pōt etiam esse ali⁹ sensus dicti quē. S. T. ponit opus. 32. de natura materie. Ad cuius itellectū aiaduertendum est q in corpore mixto vt supra dictum fuit: ex sui compositiōe manet quedam media qualitas complexionalis quasi resultans ex contēperamento qualitatū elemētariuz earum naturā sapiens. vñ hz vim calefaciēdi infrigidandi humectādi τ dessicādi nō in sūmo gradu quēadmodum ille qualitates sed medio mō. q̄diu autem huiuscemōi qualitas manet in debita pportiōe temperamēti quam requirit forma subalis mixti in mā: mixtum pmanet in ppria cōsistentia. cū vero dicta pportio dissoluitur p eo q per actionē alicuius agētis interioris vel exterioris in ipsa media qualitate cōplexionali semp excedit virtus alicui⁹ qualitatis elementaris vt caliditatis vel frigiditatis aut siccitatis vl humiditatis ita vt dissoluatur pportio debita in qua saluat forma mixti: sequit ipsius corruptio. qz ergo excellētia talis qualitatis vincit τ corrūpit pportionem qualitatis cōplexionalis et disponit ad formā elementi cuius ipsa qualitas in sūmo ē naturalis pprietas: iō dicit mixtum resolui in tale elementū. nō q fiat resolutio vsq3 ad primam materiā: sed qz terius huiusmodi resolutiōis est gñatio elementi ad qd disponit virtus pportionem vincēs. Et aduertendū q cum dr mixtū resolui in elemēta: nō est sic itelligendū quasi in oi corruptione mixti fiat resolutio in omnia q̄ttuor elementa: sed quia fit resolutio in elementa vnū vel plura. potest enim ex corruptione mixti vnū elementum generari: et possunt generari plura prout corruptio mixti fm diuersas ei⁹ partes diuersificari pōt. ¶ Ex supradictis inferimus q nō ideo corpus mixtum dicitur componi ex elementis quasi eorum substantie aut forme subales in ipso maneant actu: neq3 etiā quasi forme accidentales et qualitates elemētoruz actu τ formaliter in se vel quantum ad aliquid sui in corpore mixto maneant eedē numero: sed pter hoc q virtute τ in potētia pxima maneant in ipso mō supra exposito. vnde falsa est imagiatio quorūdaz dicentium q mixtum componitur ex elementis sicut ex principijs materialibus: nisi forte capiat sub isto sensu quia. s. media qualitas complexionalis que resultat in mixto ex mutua actione et passione elementorum est quedam materie dispositio ad formam mixti.

¶ Quarto Notandū est quia sicut via generationis naturalis materia prima quantum est de se habet potētiam primo τ immediate ad formam corporeitatis et ad formas elementorum vt deductum est supra ex dictis. S. Tho. ita q sine aliqua preuia dispositiōe potest formam corporeitatis recipere τ per pñs aliquam formarum elementariū cū elemēta sint prima corpora: ita et via corruptio

nis mixtorum corporum forma mixti destructa primo ꝛ imediate ꝛ per quādam naturalē ꝯñam aduenit materie forma corporeitatis ꝛ elemētaris etiā sine aliquo ꝑ se agente et disponente ad eius introductionē. Et pari mō videtur dicēdū ꝙ in corruptiōe aialis: mā primū ꝛ imediatū ordinē hꝫ ad formam cadaueris forma aialis corrupta: ita vt etiā sine aliquo ꝑ se agentē et disponēte ad talē formā naturali quadā ꝯñā forma ipsa cadaueris ī materiā introducat. dico aūt per se agente ꝛ disponente: qm̄ de ꝑ accidens illō idē agēs qō agit et disponit ꝑ se ad corruptionē aialis: agit ꝛ disponit ad introductionē forme cadaueris q̄ nō est ab eo intēta. sicut eni qm̄ mixtū dissoluit forma elementaris naturaliter succedit in mā: propter quod elementa dicūtur remanere ī mixto et hoc nō ex ꝑncipali intentiōe corrūpentis mixtuꝫ sꝫ ex naturali ꝯñā ordinis qō maxime apparet in corruptione violēta ꝛ quasi subita corporis mixti: ita etiā cū aīa corrumpit vel recedit a corpore: naturalit cōsequit ꝛ succedit in materia forma cadaueris q̄ per se intēta nō fuit a corrūpente aial vel ab aliquo ꝑ se agēte. vñ et materia sub forma aialis. s. aia exñs: imediatum ordinē hꝫ ad formā cadaueris ꝛ est in vltima dispositione et in vltima potētia ad illam q̄ per solam aie corruptioneꝫ vel separationē reducit ī actū. Hūc autē ordinem naturalem instituit vt videt ipse auctor nature: vt sicut via gñationis forma mixti naturaliter media ē successiōis ordine inter formā elementi ꝛ formam viuētis: ꝛ forma viui inter formā mixti ꝛ aialis formā: et hec iterum media ē inter formam viui et inter formam hoīs iuxta illud phi: embrio ꝑmo viuit vita plāte ꝛc. ita ꝛ via corruptionis forma cadaueris media ē inter formā hoīs vel animalis ꝛ formas elementorū. Neqꝫ obstat ꝙ nō sint tot corruptiōes quot sunt generationes. qm̄ destructio facilior est vt cōiter ꝗ̄ constructio: et forte corruptiones sunt plures sicut ꝛ gñationes nobis tñ ignote. et sicut in generatione hominis vel animalis forme acqsite in materiā successiue ꝑ multas gñatiōes preter formam vltimā dicūtur habere esse imperfectum et tendens in aliud: ita ꝛ in corruptione et dissolutione hoīs vel aialis: forma cadaueris et si que alie forme sunt intermedie: imperfectū ēē habēt: eo ꝙ in eis motus resolutionis nō sistat ꝫ ad formas tendat naturaliter elementorū. secus aūt est supernaturali virtute ꝑ miraculū. quēadmodū fuit de forma corporis xp̄i in triduo mortis iuxta illud ꝓphete. non dabis sanctum tuum videre corruptionem. hanc autem formā cadaueris nature ordine ꝛ ꝯñā naturali sequūtur accidentia que respiciunt potentiam materie in ordine ad formam generalem corporeitatis eadē spē cum accidentibus corporis viui aialis. sūt autem ista accidentia prout. S. Tho. inquit opusculo. 41°. de natura accidentis: quantitas ꝛ alia que ſm quantitatem attenduntur quēadmodū cicatrix et vestigia vulnerum. et iterum illa accidentia que ſm diuersas ꝓportiones sunt in corporibus mixtis vt albedo et nigredo. verūtamē huiuscemodi accidentia cadaueris non sunt eadem numero cum accidentibus consimilibꝰ que fuerunt in corpore viuo cum neqꝫ habeant idem subiectū neqꝫ idem ēē actu. vñ et varie mutatur color in viuo et mortuo. qō nequaꝗ̄ cōtingeret nisi aliud et aliud ēē actu haberet. accidētia autē que sequunt materiā in ordine ad formā specialē seu specificā cuiusmōi est figura nā cuiuslꝫ spēi ē determinata figura: nō manent neqꝫ cōsequunt formā cadaueris nisi equiuoce. sicut enim hō pictus equiuoce dicit hō cuꝫ homine vero: ita ꝛ hō mortuus cum homine viuo: et figura mortui cuꝫ figura hominis viui.

Quinto Notandum est ꝙ contra supra positas conclusiōes aduersarij ꝗ̄plurima obuiunt argumenta: sꝫ qr multa ex eodem ꝓcedunt fundamento ꝛ eādem petunt difficultatem: ad certa puncta reduci pñt in quibus omnia fere videntur fundari. ¶ Primum est. quia due opationes similes vel contrarie nō possunt simul ab vnā ꝛ eadem aīa elici qō tamē reperit in homine. nā illud idem qō homo appetit per appetitum sensitiuum simul resultat ꝑ appetitū intellectiuum. et freqūēter simul hō appetit idem duplici actu appetendi volūtatis. s. et sensitiui appetitus. et simul hō appetit aliquid libere per volūtatem ꝛ naturaliter ꝑ sensualitatē. ¶ Secundū est. quia nō videtur possibile ꝙ eadem forma numero sit quanta ꝛ non quanta. extensa ꝛ nō extensa. materialis ꝛ non materialis. quod tamen sequeretur si in homine eadem anima numero esset sensitiua vegetatiua intellectiua. nam anima vegetatiua et sensitiua: materialis est quanta et extensa per accidens. ¶ Tertiū est. quia anima intellectiua in homine est a solo deo per creationem: anima xō vegetatiua et sensitiua est ab agente naturali per generationem. sed nō videtur possibile ꝙ eadem anima numero sit terminus creatiōis a solo deo ꝓductus: et sit terminus generationis ab agente naturali ꝓductus. ¶ Quartum est. quia embrio primo vi-

nit vita plante:et postea vita animalis:et deide
vita hoīs vt phs tradit.li° de gene. aīalium. sed
dari non potest a quo due prime aīe corrumpun
tur tertia adueniente cum non sibi cōtrarientur.
immo pme due sunt via ad tertiā et ordinantur
ad eam. ¶Quintū est.qꝛ frustra viderent̄ pre-
cedere in generatione hoīs multe forme et mul-
te dispositiōes in materia si forma vltima vt anī
ma intellectiua ī purā materiam primā introdu-
cit̄ nil habentē relictū de pozibus formis vel dis-
positiōibus. ¶Sextū ē. qꝛ materia pma seclusa
omni forma ꝛ dispositiōe: equaliter et idifferēter
se hꝫ ad recipiendū oēs formas. vñ si forma nu-
de matie adueniret:ī nulla generatione eēt ma-
teria magis apta ad formam quam recipit qꝫ ad
aliam.ac per hoc vel oīa fierēt a casu: vel quodlꝫ
fieret ex quolꝫ.qđ est contra verā phiam. ¶Se-
ptimū est. qꝛ frequēter leprosus generat lepro-
sū. hoc autē nulla ratione fieret si p aduentū aīe
rationalis omnes forme ꝛ dispositiōes precedē-
tes vsqꝫ ad primā materiā corrumperēt̄.nā neqꝫ
in materia infectio remaneret:neqꝫ ex aīa a solo
deo creata mūda ꝛ imaculata cōtraherēt̄.et per
eādem rōnem neqꝫ peccatum originale ex parē-
tibus in filios trāsfunderēt̄ quod est hereticum.
¶Octauum est. qꝛ cum eadē accidētia sicut ea-
dē lineamēta ꝛ organoꝝ figure ac loca maneant
in corpore mortuo q̄ prefuerant in viuo: necessa
rio videt̄ etiam aliquā vnam formā sūbalem in
vtroqꝫ manere.nā eadem accidētia eādem natu
raliter cōsequūtur formam. ¶Nonū est.qꝛ seq-
retur ꝙ nō fuisset idem corpus xpi viuum et mor
tuū. ac p hoc ꝙ non fuisset idem corpus in cruce
pēdens et quod de virgine sūpsit. qđ fidei videt̄
repugnare. pbatur ꝯña. qꝛ si in morte xpi fuit fa-
cta resolutio vsqꝫ ad primā materiā: vel nullum
remāsit corpus si materia sola relicta est qꝛ pma
materia nō est corpus: vel si noua forma itrodu-
cta fuit in materia: nō fuit idem corpus numero
cum identitas forme ad identitatē numeralem
exigat̄. ¶Decimū est.qꝛ sequeretur ꝙ in morte
xpi diuinum suppositum fuisset noua vnione no-
ue nature vnitū. pbat̄. qꝛ si in xpo nulla alia for
ma substantialis fuit nisi aīa rōnalis cū in triduo
mortis suppositum diuinū nō fuerit soli materie
vnitum sed materie cum forma: sequitur ꝙ in se-
paratione aīe: noua forma fuit noua vnione diui
no supposito vnita. ¶Undecimum est. quia se-
queretur ꝙ in sacramēto altaris totus panis nō
cōuerteretur in totū corpus christi. pbatur hoc.
quia si in corpore christi nō est nisi materia pma
et aīa rationalis: cum panis nō conuertat̄ in ani

mam rōnalem qꝛ corpus non cōuertitur in spūm
sequitur ꝙ panis nō conuertit̄ nisi in materiam
primam qđ est erroneum ꝛ cōtra verbum dñi di-
centis.hoc est corpꝰ meum. Hec sunt in qbus ra
tiones aduersarioꝝ principaliter fundant̄.qbus
dño auxiliante dissolutis: oīa fere argumenta q̄
cōtra vnitatem forme sūbalis in eodem supposi
to obijciūt̄ facile solui pñt. ¶Ad.pm ergo dicimꝰ
primo ꝙ maior ꝑpositio posset hr̄e veritatem si
aīa p seipsam imediate esset pncipiū suaꝝ opera-
tionū.sed qꝛ hoc est falsū ꝛ operationes aīe pce
dūt ab ea mediantibꝰ pluribus ꝛ diuersis poten
tijs: nullū incōueniēs est ꝙ p diuersas potentias
diuersas hēat aīa operatiōes: ꝛ p plures similes
plures similes hēat simul opationes. quēadmo-
dū idē corpus vel eadē supficies simul pōt infor
mari albedine ꝛ nigredine vel ēt duabꝰ albedini
bus s̄m diuersas sui ptes. potētie aūt aīe partes
potētiales sunt ipsius. vnde qꝛ in homine alius ē
appetitꝰ sensitiuꝰ et aliꝰ appetitus intellectiuꝰ: ni
chil phibet ꝙ aīa p appetitum sensitiuū refutet id
qđ p appetitū itellectiuū acceptat: vel ꝙ idē per
vtrūqꝫ appetitū velit sub alia tñ et alia ratione.
Dr secūdo. ꝙ rō presupponit falsum quantū ad
id quod dicit de contrarietate. nam lꝫ appetitus
intellectiuus refutet aliqꝫ id quod appetitꝰ sensi-
tiuus appetit: non iō sunt cōtrarij. nā s̄m phm cō
traria sunt q̄ circa idem et s̄m idem sunt. nō enī
sibi inuicē contrariat̄ ꝙ idem homo sit sanus ma
nu ꝛ infirmus pedibus. vnde vt. S. Tho. inquit
3a p. q. 18. ar. 6° in. cor. ad hoc ꝙ in aliquo sit con-
trarietas voluntatū requirit̄ primo ꝙ volunta-
tū diuersitas s̄m idem attendat̄. si enī voluntas
vnius sit de aliquo fiendo s̄m vnā rationem ꝛ al
terius volūtas sit de eodem nō fiendo s̄m aliā
rōnem: nō est contrarietas voluntatum. nō enī
est cōtrarietas voluntatum ꝑprie loquendo qñ
iudex vult ꝑpter amorem iusticie latronē suspē-
di quē eius cōsanguineus naturali amore vellet
nō suspendi: nisi forte intantū se extēdat volun-
tas cōsanguinei ꝙ bonū iusticie velit ipedire.tūc
enim circa idem.s.bonum iusticie repugnātia vo
luntatum attenderet̄.secūdo requirit̄ ad cōtra-
rietatē voluntatis ꝙ actus ab eadem voluntate
pcedat. nam si hō vult aliquid appetitu rōnis et
oppositum eius velit per appetitum sensitiuū: nul
la est cōtrarietas: nisi forte appetitus sensitiuus
intantū preualeat ꝙ vel imutet vel retardet ra-
tiōis appetitum. nam p hoc ad ipsam rōnis volun
tatē cōtrarius motus appetitus sensitiui perueni
ret. hec ille. ex quibus ibi concludit ꝙ voluntas
qua xps passionem voluit: ꝛ volūtas q̄ passionē

refugiebat nõ erãt sibi inuicẽ ɔ̃rie. eo q̃ p̃ma esset alia volũtas .s. diuia ꝛ volũtas rõnis: ꝛ alia esset secũda .s. nãlis volũtas et appetitꝰ sensualitatis.

¶ Ad. 2m negaꝶ ɔ̃sña. et ad eiꝰ ꝓbationẽ respondet. S. Tho. in. q. de aĩa. ar. 11o ad. 13m q̃ aĩa vegetatiua et sensitiua in homine fm suam subam est incorruptibilis cũ eius suba sit suba aĩe rationalis. et pari mõ dicendum est q̃ in homine aĩa vegetatiua et sensitiua neq̃ est quãta neq̃ extensa neq̃ materialis .i. materie imersa. vñ falsum est qd in ꝓbatione assumiꝶ. Eãdem respõsionem in sentẽtia ponit. pa p. q. 76. ar. 3o ad. pm.

¶ Ad. 3m respõdet. S. Tho. in. q. de aĩa vbi supra ad. 10m q̃ lz aĩa sensibilis in brutis sit ab intrinseco .s. per gñationem: tñ in hoĩe suba anime q̃ est simul vegetabilis sensibilis et rõnalis ab extrinseco est .s. per creationẽ. Idẽ in sentẽtia respondet. pa p. q. 108. ar. 2o ad 2m.

¶ Ad 4m dꝶ q̃ due p̃me aĩe q̃bus embrio viuit anteq̃ viuat aĩa rationali corrumpunꝶ efficienter a deo aĩam rationalẽ creante ꝛ in materiam introducente. et ab agente naturali inducẽte dispositiones ad introductionez aĩe rationalis cõuenientes. corrumpunꝶ p̃terea formaliter ab ipa aĩa rationali eas expellẽte propter rõnes supra in secũdo notabili annotatas.

¶ Ad. 5m. p3 responsio et his que dicta sũt in p̃mo notabili versus finẽ.

¶ Ad. 6m. dꝶ q̃ recte procederet si introductio forme substãtialis in materiã esset motus et tp̃e mensuraretur. sed cum nõ sit motus sed terius motus alteratiõis quo materia disponebaꝶ ad talez formã: licet forma adueniat materie nude: nõ tñ aduenit materie indifferẽter se habẽti ad omnes formas. Ad cuius intellectũ considerandũ est q̃ per motũ precedẽtem introductionẽ forme: materia disponebatur ad certã et determinatam formã quam in termino motus recipit. inter motum aũt et eius terminũ: nullum cadit mediũ forme vel duratiõis. vñ nõ est dandũ tp̃s aut instãs tẽporis inter vltimã dispositionẽ materie ꝛ introductionem forme in quo mã sit indifferens ad omnes formas. Neq̃ obstat q̃ forma aduenit materie nude ab omni alia forma ꝛ dispositione. q2 talis denudatio materie nõ nisi p introductionem forme noue cõpletur. forma eñ sua introductione simul ꝛ materiã informat ꝛ a precedentibus forma et dispositionibus expoliat: ita vt ipam materiã nudã attingat ꝛ repleat yt nullum tempus vel instans dari possit in quo materia nõ habeat vel dispositiões ad formã vel ipsam formam. et p̃pterea phs dicit q̃ corruptio vnius est gñatio alterius. quia .s. ipsa corruptio precedẽtis forme nõ nisi generatione et introductiõe aduenĩẽtis forme p̃ficitur. vñ precedentes dispositiões necessitant et vt ita loquar trahunt nouã formam vt deductũ fuit in primo notabili. ac per hoc ipa forma non aduenit materie aut indifferenti aut a casu s3 determinate.

¶ Ad. 7m. negaꝶ minor. et ad eius ꝓbationem dꝶ q̃ procedit ex insufficienti diuisiõe. neq̃ eñ infectio lepre transfundiꝶ in prolem ex infectione aĩe rationalis de nouo create neq̃ ex infectione dispositionũ precedentium in materia s3 ex īfectiõe virtuali seminis quod manet nõ solũ tempore alteratiõis per quã materia disponitur ad formã sed etiam post forme introductionem. Ut enim ait. S. Tho. de põ. dei. q. 3a arti. 9o ad 16m. virtꝰ formatiua q̃ a p̃ncipio est ī semine: manet adueniente etiã aĩa rationali sicut et spũs in quos fere tota suba spermatis cõuertiꝶ manent. et illa q̃ priꝰ fuit formatiua corp̃is fit postmoduz corporis regitiua. Et cõtra gen. lio 2o cao 89. dicit q̃ virtus q̃ cum semine decidiꝶ ꝛ dꝶ formatiua: op̃atur formationem corporis p̃ut agit ex vi aĩe patris cui attribuiꝶ generatio sicut p̃cipali generãti: non ex vi aĩe cõcepti ẽt postq̃ aĩa inest. nõ enim conceptum generat seip̃m sed gñatur a p̃re. et parũ infra cõcludens inquit. relinquiꝶ ergo q̃ formatio corp̃is precipue quantũ ad p̃mas et p̃ncipales p̃tes nõ est ab aĩa genita nec a v̄tute formatiua agente ex vi eiꝰ: sed agẽte ex vi aĩe generatiue p̃ris cuius opus ẽ facere simile generanti fm spẽm. hec igitur vis formatiua eadem manet in spũ predicto a p̃ncipio formatiõis vsq̃ in finẽ. et parũ ante finem capituli inq̃t. nõ enim virtute aĩe gñati formaꝶ corpus quãtũ ad p̃mas et p̃cipuas p̃tes: s3 v̄tute aĩe generãtis vt supra probatũ est. similiꝶ etiam oĩs materia sue forme cõfiguraꝶ. nõ tñ hec cõfiguratio fit ex actiõe gñati: s3 ex actiõe forme gñantis. hec. S. T. Itẽ infra in hoc. 2o di. 30. q. 2a ar. 2o. c. inq̃t. cã assimilationis filij ad patrẽ nõ est conuenientia in materia sed causa similitudinis est virtus formatiua que in semine relinquitur ex operatione virtutis formalis ipius patris agentis in semẽ. Ex quibꝰ accipitur q̃ in animalibus generans generat sibi simile mediante virtute generatiua et formatiua que manet in semine etiam post introductionez noue anime ꝛ habet operationem circa fetum vꝶ cõceptum. vnde huic virtuti attribui debet sicut cause q̃ infectio lepre transfundaꝶ a patre leproso in p̃lem: et nõ vel ipi anime de nouo introducte vel dispositionibus in materia precedentibꝰ. et q̃uis in ipsa virtute non sit actu infectio: est tamen virtute queadmodum ipsa corporis orga-

nizatio. Vñ. S. Tho. de potentia dei. q. vel ma-
teria. 3ª ar. 12° arguit. 7° loco sic. Accidēs nō trāſ
funditur niſi per transfuſionem ſubiecti. ſed ali-
que egritudines transfunduntur a parentibus ī
filios ſicut lepra ꝛ podagra et huiuſmodi. ergo ꝛ
eorum ſubiectum transfunditur. hec autem non
ſunt ſine anima. ergo ꝛc. ad quod reſpondet. Ad
7ᵐ dicendum ꝙ egritudines de quibus eſt obie-
ctio non traducuntur cum ſemine quaſi actu in
ſemine ſint: ſed quia eſt principium earum in ſe-
mine per aliquam ſeminis indiſpoſitionem. hec
ille. ¶ De transfuſione autem peccati originalis
a parentibus in prolem dicendum eſt ꝙ nō cau-
ſatur ex infectiōe peccati que actualiter ſit aut in
diſpoſitionibus precedentibus in materia aīam
rationalem aut etiam in ſemine quia neutrū iſto
rum eſſe pōt ſubiectum peccati culpabilis. ſꝫ pre
dicta trāſfuſio cauſat diſpoſitiue ex vtroqꝫ ipſoꝝ
inquantū diſponunt ad naturam humanā quaꝫ
conſequitur peccatum originale poſt peccatum
primū ade. ꝛ de hoc dici hꝫ plenius. diſ. 31. vnde
licet nulle diſpoſitiones maneant in materia in
aduentu aīe ratiōalis: proles tñ genita cōtrahit
peccatū originale inquantū ex vniōe aīe ratiōa-
lis cū materia reſultat ꝛ conſtituiť natura huma
na q̄ ſecum trahit peccatū originale vt dictū eſt.
vnde. S. Tho. pª 2ᵉ. q. 81. ar. p° ad. 2ᵐ. inquit. et
ſi aīa nō traducatur qꝛ virtus ſeminis nō poteſt
cauſare aīam rationalem: mouet tñ ad ipam diſ-
poſitiue. vnde ꝑ virtuteꝫ ſeminis traducitur hu-
mana nā a parente in prolem ꝛ ſimul cum natu-
ra nature infectio. ex hoc enim fit iſte qui naſciť
conſors culpe primi parentis: ꝙ naturam ab eo
ſortitur ꝑ quādam generatiuam motionem. hec
ille. Et ad. 3ᵐ dicit. ꝙ et ſi culpa nō ſit actu ī ſemi
ne: eſt tñ ibi virtute humana natura quā conco-
mitatur talis culpa. Et in. q. de malo. q. 4. ar. 3°
ad. pᵐ. ait. aīa rationalis nō habet īmundiciam
pcti originalis nec ex ſe nec a deo ſed ex vnione
ad carneꝫ. ſic eni fit pars humane nature deriua
te ab adā. dr̄ autem peccatum originale tradu-
ci a parentibus in prolem eo modo quo proles
diciť generari ex parentibus. ſ. diſpoſitiue. ¶ Ad
8ᵐ. patet reſponſio ex his que dicta ſunt ī quar-
to notabili. ¶ Ad. 9ᵐ. reſpondet. S. Tho. 3ª. p.
q. 50. arti. 5°. ꝙ proprie idem numero diciť qđ
eſt ſuppoſito idem. corpus autem chriſti viuum
et mortuum fuit ſuppoſito idem. nam nō habuit
aliam hypoſtaſim viuum et mortuum niſi hypo
ſtaſim verbi dei. vnde ſimpliciter debet dici ideꝫ
corpus numero capiendo ſimpliciter ꝑ abſolu-
te. ſi quis autem idem ſimpliciter capiat pro idē
omnino vel totaliter: non debet dici idem ſimpli
citer cum non habuerit eandem formam ſubſtā-
tialem: neqꝫ corpus chriſti mortuum habuerit vi
tam que eſt aliquid de eſſentia corporis viuen-
tis. eſt enim viuum predicatum eſſentiale nō ac
cidentale. vnde ſi corpus chriſti fuiſſet ideꝫ tota-
liter viuum et mortuū vt aduerſarij pretendunt
non fuiſſet vere mortuum quod fuit hereſis ga-
lanitarum vt yſidorus dicit. Quod autem dici
tur ꝙ identitas forme ad identitatem numera-
lem exigatur: veritatem habet in alijs a chriſto.
quia corpus mortuum in alijs a chriſto non ma-
net vnitum eidem ſuppoſito cui vnitū fuerat vi-
uum. et ideo non poteſt remanere idem nume-
ro cum talis identitas requirat proprie loquen-
do identitatem ſuppoſiti. quod autem phs dicit
omnia que ſūt eadem numero eadem eſſe ꝛ ſpe-
cie: veritatem habet in ſubſtantijs primis in qui-
bus ſuppoſitum ſubſiſtit in vna ſola natura. eo ꝙ
nature identitate ſublata tollitur ſuppoſiti idē-
titas. ſed in chriſto ſuppoſitum ſubſiſtit in duab⁹
naturis diuina. ſ. et humana. ideo ſublata idēti-
tate ſpecifica humane nature per morteꝫ chriſti
manſit idem ſuppoſitum ſubſiſtens in diuina na
tura vnitum habens ſemꝑ corpus qđ ſemel aſſū
pſit. quod etiam dici debet idem mortuum ꝛ vi-
uum propter identitatem materie et identitatē
eſſe et ſubſiſtentie. ¶ Ad. 10ᵐ. negatur conſequē
tia loquendo de vnione per ſe concernēte incar-
nationem ſuppoſiti diuini. neqꝫ valet eius pba-
tio. nam lꝫ in ſeparatione anime chriſti a corpo-
re in triduo mortis noua forma fuerit vnita diui
no ſuppoſito: nō tamen noua vniōe per ſe loquē-
do ex pte diuini ſuppoſiti. Ad cuius intellectum
conſiderandum eſt ꝙ ſm cōmunem ſententiam
theologoꝝ et docet illud. S. Tho. 3° li° ſen. diſ.
2ª. q. pª ar. p° 2° ꝛ. 3°. Et. 3ª par. q. 4. ar. p°. ſola
humana natura ad miſterium īcarnationis aſſū
~~nio cap~~ fuit conſiderato fine humane reparatio-
~~pcibitis~~ iendo aſſumptibilitatem non ſm poten-
tiam dei abſolutam. ſm hoc ergo aſſumptio ver
bi dei terminata eſt ꝑ ſe ad humanam naturam.
et qꝛ vnio verbi dei conſecuta eſt predictā aſſum
ptionem: ſequitur ꝙ verbum dei per ſe et directe
fuerit vnitum humane nature ac per hoc et eius
partibus eſſentialibus anime. ſ. et corpori. qbuſ-
cūqꝫ autem alijs vnitum fuit: non niſi hac vnio-
ne vel eius ratiōe fuit vnitū. vnde ꝛ tēpore quo
chriſti corpus vegetabatur et incrementum ſuſ-
cepit alijs ꝛ alijs partibus carnis et oſſis per con
uerſionem alimēti in ſubam aliti vicaſſim aggene
ratis: verbum dei vnitum fuit ſed nō niſi eadem

vniōe ex pte sui qua ab instāti assumptionis humane nature corpori et aīe est vnitū. non enī ipsis vniebat᷑ nisi ratiōe corpis preassumpti ⁊ ꝓuniti cui vt ita loquar ille ptes inserebātur. ita ꝙ ex parte huiuscemōi ptium vnio fuit noua nō ex pte diuini suppositi nisi ſm rōnis cōsiderationem. In proposito ergo nr̄o dicimus ꝙ et si in triduo mortis xp̄i forma subalis cadaueris noua vniōe ex pte sui vnita fuit diuino supposito: diuinum tn̄ suppositū nō noua vnione ex pte sui illi vnitū fuit per se loquēdo sed ex rōne vnionis qua a primo instāti incarnatiōis corpori hūano vnitū est. naz iō forme cadaueris diuinū suppositum vnitū fuit qr ipsa forma materie corpis xp̄i vniebat᷑. vnde possumꝰ dicere ꝙ nō per se sed quasi ꝑ accidens tali forme diuinū suppositū fuit vnitū. tali autem mō vniōis nullū incōueniens est ꝙ verbū diuinū multis post primū instās incarnatiōis vnitū fuerit. credibile enī est ꝙ corpꝰ xp̄i diuersis q̄litatibꝰ vt calore ⁊ frigore ⁊ diuersis coloribꝰ aliq̄n mutatū est q̄bus ex cōsequenti ⁊ ꝑ accidens oportuit diuinū suppositū vniri cū esset corpi vnitū cui illa accidebāt. multis etiā vulneribꝰ ⁊ plagis corpori sacratissimo in passiōe inflictis p̄dicto mō vnionis vnitū fuit. et nūc in celo cicatricibꝰ pluribus diuinum suppositum est vnitum q̄bus a principio assumptionis humane nature vnitū non fuerat sed oībus his vt deductū est nō nisi ex ratiōe prime vnionis qua corpus et aīam ab instāti assumptionis sibi vniuit vnitū est. ❡ Ad. iim. negatur ꝯña. et ad eius ꝓbationē negat᷑ iterū cōsequētia. lz enī panis nō cōuertat᷑ ꝓprie ⁊ directe in aīam rōnalem: cōuertit᷑ tn̄ in corpus xp̄i cōtinēs intrinsece animam rationalem. corpus autē christi nō est spūs. Et si etiā dicamus iuxta modum dicendi S. Tho. 3ª par. q. 75. arti. 6°. ad. 2m. ꝙ materia panis cōuertitur ī materiam corpis xp̄i ⁊ forma panis in formam corporis christi: adhuc nō sequitur ꝙ corpus per se conuertatur in spiritū cum forma panis nō sit corpus nec conuertit᷑ directe ex vi sacramenti in animā corporis christi ſm ꝙ est spiritꝰ dans esse intellectiuum sed ſz ꝙ est forma corporalis dās esse corporeū. ❡ Nec ex hoc sequit᷑ quod quidam obijciunt ꝙ s. huiuscemodi conuersio non sit realis. nam per illa verba non dicimus ꝙ conuersio fiat in rationem vel conceptum anime qui accipitur ab anima inquātum ē forma corporeitatis et dat esse corporeū. immo dicimus ꝙ predicta conuersio fit in rē que est anima nō tamen ſm rationem vel cōceptum quo consideratur vt anima. quēadmodum cum dicimus ꝙ pater in diuinis generat filium essentia tanq̄ principio quo productiuo ſm ꝙ est natura non ſm ꝙ est voluntas: non est sensus ꝙ ratio vel conceptus essentie quo concipitur ab itellectu vt natura: est tale principium productiuū. sed est sensus ꝙ essentia diuina que realiter ē natura ⁊ voluntas est principium reale ꝓductiuum non ſm rationem qua cōcipitur vt volūtas ꝫ ſm rōnem qua concipitur vt natura. nō ꝙ hmōi ratio det essentie diuine ꝙ sit principiū ꝓductiuum imo ipsa res ex seipsa ē tale principiū ꝓductiuū. intellectus tn̄ noster id considerans cōcipit in ea rōnem nature nō rationem volūtatis: q̄uis ipsa res que est volūtas est vere et realiter tale pricipium productiuum. ❡ Sed contra predicta arguūt aliqui. qr si corpus christi cōsecratum in cena seruaret᷑ in pixide: sequitur ꝙ in triduo mortis aīa christi esset in sacramēto cōiuncta corpori si ipa sola erat forma subalis corporis xp̄i viui. ac per hoc periret veritas sacramenti q̄ consistit in hoc ꝙ verū corpus christi in rerū natura existēs vere cōtinetur post consecrationem in sacramēto. nam illo tēpore aīa non fuit coniuncta corpori sed realiter ab eo separata. ❡ Sed ad hāc obiectionem respōdetur ex dictis S. Tho. 4° sen. dis. 11. q. 3ª arti. 4° sub. ar. pª. Et. 3ª par. q. 81. arti. 4° in. c. et ad. 3m. ꝙ in casu dato christus in sacramento moreretur et anima desineret esse sub sacramento vt pote realiter a corpore sepata. neq̄ propter hoc aliquid deperiret perfectioni sacramenti. put S. Tho. notat in. 4° sen. loco proxime allegato sub arti. 2° ad. pm. qm̄ anima nō est in sacramento ꝑ se ⁊ directe ex vi sacramenti sed quasi ꝑ accidens ꝓpter concomitantiā ad corpꝰ. et iō non est de necessitate perfectiōis sacramenti ꝙ anima simul cum corpore in eo contineatur. ❡ Sed ex hoc insurgit dubitatio. qr si in casu dato anima desineret esse in sacramēto: necesse est dicere ꝙ alia forma vt cadaueris q̄ separata anima a corpore materiam informaret cum non sit dāda in rerum natura materia sine forma: de nouo existeret sub sacramento. hoc autem videtur incōueniēs. qr cū verba cōsecratiōis fuerint lōge ante ꝓlata et irrecuperabilit᷑ amissa: non potuerunt attingere hanc nouam formā cadaueris. et per ꝯñs videtur ꝙ non sit possibile dare modum quo huiuscēmodi forma sit in sacramento. nam nichil est sub sacramento eucharistie quod nō sit ibi aliquo modo ex vi verborum consecrationis. ❡ Sed ad hoc respondemus ꝙ qr verba consecrationis quando fuerunt ꝓlata: directa sunt ex propria significatione et ex intentione consecrātis ad subam corporis christi: quicquid sub ipso

sacramento ꝑ quocunqȝ tpe pertinet ad subam corpis Xpi: est ibi virtute verboꝝ consecratiōis. vnde quia in triduo mortis forma cadaueris cū materia ꝑ vnionem ad verbum fuit de suba corporis Xpi: sequitur ꝙ fuisset in casu dato sub sacramento ex vi verboꝝ sacramentalium ꝓcedētium. que lȝ non attigissent qñ ꝓlata sunt formā cadaueris ſm seipm: attigerunt tñ illam materie corpis Christi vnitam per hoc ꝙ subam corpis Christi ꝑ quocunqȝ tempore sub talibus speciebus existentem attigerunt.



Quātum ad articulū quartum respōdendū est ad obiectiones aduersarioꝝ. Et quidem ad. pm cōtra primā cōclusionē dr ꝙ maior ꝓpositio veritatem hȝ circa idē subiectum et ſm idem. et cum hac limitatione cōceditur primus ꝓcessus. et secundus nichil concludit ad ꝓpositum suum cum appetitus sensitiuus ⁊ appetitus intellectiuꝰ sint diuerse potentie in homine. ac per hoc appetitio sensitiui ⁊ renuitio intellectiui non fiunt circa idem subiectum. et ꝓpter eandem rationem confirmatio per auctoritatem phi nihil facit pro arguente. ¶ Ad. 2m. et. 3m. dicitur ꝙ maior propositio vtriusqȝ ē falsa de anima et forma que nō est principium imediatum suarum actionum sed operatur mediantibus potentijs aut virtutibus que sunt imediatum principium agendi sicut est in ꝓposito. vnde anima habere potest simul diuersas operationes ꝑ diuersas potentias. ¶ Ad 4m. dicitur ꝙ si maior ꝓpositio quantū ad pmā sui partem intelligat cum passione vt arguens videtur accipere: falsa est. nō enim subiectum sensationum est pcise anima sensitiua sed totum coniunctum. neqȝ iterum subiectum imediatum ipsarum est coniunctum ex corpore et anima sed cōiunctum ex potentia et organo. quia autem i homine idem omnino re sunt anima sensitiua ⁊ intellectiua: subiectū mediatum sensationū est cōiunctum ex anima intellectiua ⁊ corpore. neqȝ iō sensatio in homine erit intellectio. nam non ꝓcedit sensatio in hoie ab anima intellectiua sub ratione qua intellectiua est neqȝ mediante potētia intellectus: sed inquātum est sensitiua et per potentias sensitiuas. quod autem arguit de anima separata: patet ex dictis ꝙ ꝓcedit ex falso supposito. ¶ Ad. 5m. patet responsio ex his que dicta sunt in quinto notabili in rñsione ad. 2m. ¶ Ad 6m dicitur ꝙ antecedens est falsum quātum ad pmam sui partem. nā in homine anima sensitiua sicut et intellectiua est per creationē eo ꝙ sint omnino idem re in homie ꝑut dictum fuit i quinto notabili in responsione ad. 3m. et ad ꝓbationem antecedentis negatur ꝯña. et ad eius ꝓbationem dicitur pmo falsum esse ꝙ hō in generando non possit producere animam sensitiuam. nā vt deductum fuit in pmo notabili: in generatione hominis ſm communem cursum pater generans mediante virtute generatiua decisa cum semine ꝓducit in embrione animam sensitiuā anteqȝ intellectiua creetur. et ita homo generās nō est minus potens circa aīam sensitiuā qȝ bruta animalia. Respōdetur secundo ꝙ licet homo generans non attingat per se et imediate ad ꝓducendum animam sensitiuam hominis geniti eo ꝙ ipsa sit etiam intellectiua: non ideo est imperfectior brutis. Tū quia anima sensitiua in homine est multo nobilior ⁊ perfectior anima sensitiua brutorum quam bruta generātia attingūt. ac per hoc cōparatio quā arguēs facit est inepta cum non sit circa idem. Tum etiam quia ſm doctrinam phi. 2o metha. nobilius et perfectius est attingere supremum quantum ad aliquid sui et incomplete qȝ attingere infimū totaliter ⁊ perfecte. vnde in generatione hominis perfectioris et nobilioris virtutis generatiue ē disponere ad animam intellectiuam dispositiōe que est necessitas: qȝ producere animā sensitiuam. quod etiā experimento patet. nam postqȝ virtus generatiua seminis ꝓducit in embrione aīam sensitiuam ꝓcedit vlterius disponere ad animam itellectiuam tanqȝ sit aliquid pfectius. vñ si ratio arguentis valeret: nō solum ꝓbaret ꝙ hō generans ꝓduceret aīam sensitiuā per gñationem: sȝ ꝙ etiā ꝓduceret aīaȝ intellectiuā per quā cōtinuat sua spēs. casus aūt quē arguēs fingit ꝙ s. deꝰ in gñatiōe hoīs ñ creet aīaȝ intellectiuā: est ipossibil' de cōi cursu diuie ꝓuidētie ⁊ ordinatiōis supposita i mā vltima dispositiōe ad formā hoīs. Et si forte arguēs istet ꝙ saltē de pō dei absoluta id fieri pt dicimꝰ ꝙ in tali casu non reputamꝰ incōueniēs ꝙ hō generaret quoddā animal cum phs dicat. li de generatione animalium ꝙ in generatione hominis embrio primo viuit vita animalis qȝ vita hominis: et tamen huiuscemodi animal cum nō sit per se intentum a generante neqȝ virtus generatiua operatur ad illius productionem vt sistat in eo sed per illud attingat ad generandum hominē: ꝓbabiliter videt dici ꝙ nō diu duraret viuū sed breui moreret. ¶ Ad argumēta contra secundā cōclusionē. Ad. pm dr ꝙ procedit ex falso

intellectu ei⁹ qδ dicit̃ mixtũ resolui in elementa:
quis aũt verus sit intellect⁹ diffuse dictũ ẽ in ter-
tio notabili. vñ fm intellectũ ibi positũ: nullum
incõueniẽs sequit̃ horũ q̃ tangunt̃ in argumẽto.
descriptio autẽ quã dat vltimo de resolutione ꝙ
.s. resoluere est rẽ soluere in existẽtia in re: ẽ ab eo
cõficta ad suũ ꝓpositũ et magis fm quãdã ethi-
mologiã nominis q̃ȝ fm naturã rei. qualit̃ autem
debeat itelligi dictũ pħi. 2.° δ generatione qδ ar-
guẽs adducit in vltima cõfirmatione: dictuȝ fuit
in tertio notabili. ¶ Ad. 2.m dr̃ ꝙ ex ꝓpositione
assumpta recte intellecta magis ꝓbat̃ oppositũȝ
arguẽtis q̃ȝ eius ꝓpositũ. nã illa ex qb⁹ nutrimur
nõ manẽt in ꝓpria natura in nutrito sed nutriũt
trãsmutata in aliud .s. in naturam nutriti. et pari
modo elemẽta ex qbus sum⁹ nõ manẽt in ꝓpria
forma et natura sȝ trãsmutata in aliud fȝ modũ
supra positũ in tertio notabili. Neqȝ valet quod
arguẽs obijcit de forma simplici. naȝ licet forma
substãtialis vel cõplexionalis corpis mixti sit sim
plex in essentia .i. nõ cõposita ex elemẽtis: ẽ tamẽ
multiplex ꝟtute. fm quẽ modũ elementa dicunt̃
esse in mixto. Auctoritas aũt pħi et sui cõmẽtato
ris nõ vere intelligit̃ ab arguente de cõpositione
formali sed δ ꝟtuali: quãuis dictũ cõmentatoris
nõ multũ cogit. ¶ Ad. 3.m dr̃ ꝙ respõsio ibi data
bona ẽ. neqȝ valet ei⁹ improbatio nã ꝑma ꝯña ẽ
falsa. et ad ei⁹ ꝓbationẽ dr̃ ꝙ qualitas simbola dr̃
manere in gñato et corrupto nõ eadẽ numero ſ
specie. vñ qñ ignis generat̃ ex aere: aer cũ oĩb⁹
suis q̃litatib⁹ corrũpitur. Auctoritas aũt pħi de
gutta vini apposita mille amphoris aque: ꝓ nob
facit q̃ ponim⁹ elemẽta corrũpi cũ gñat̃ mixtum
et nõ manere actu et formalit̃ in ipso sed ꝟtualit̃.
vñ nõ est ibi ꝓpria rõ mixtionis. ¶ Ad. 4.m ne-
gat̃ minor si intelligat̃ de corruptione elemẽtoꝝ
q̃ȝ ad ꝓpas formas. nã ipsa sic corrupta pñt re
manere ꝟtualit̃ in q̃litate media cõplexionali in
qua nõ sunt in potentia pura sicut in mã ꝑma vt
pħs dicit: sed sunt in quodã ente actu medio. vñ
verba pħi sunt ista. q̃ miscent̃ corrũpunt intẽtio-
nes adinuicẽ .i. ꝓpas formas. tũc neqȝ mã erit ne
qȝ illorũ cõtrariorũ alterutruȝ actu simplicit̃ sed
mediũ. hec pħs. ¶ Ad. 5.m dr̃ ꝙ respõsio ibi data
bona est. et ad ei⁹ improbationẽ negat̃ assũptũ.
neqȝ valet ei⁹ ꝓbatio. admitimus enim secundũ
membrum diuisionis loquẽdo de formis substã-
tialibus elementorum. nam omnes vniuntur in
forma substãtiali mixti sicut in forma perfectiore
et eminente. et cum arguẽs infert ꝙ tunc nõ erit
elementorum vera mixtio: dicimus ꝙ quãuis ꝓ-
prie loquendo nõ sit vera mixtio elementorum
fm formas eorũ substãtiales: est tamẽ vera vnio
simo et vera vnitas. qñ in vna forma mixti per-
fectiones substãtiales elementoꝝ vnum sunt: ẽ
tamen vera mixtio elemẽtoꝝ q̃ȝ ad formas ac-
cidentales. eo ꝙ in qualitate complexionali cor-
poris mixti ipe qualitates elemẽtoꝝ misceant̃ ꝟ
tute nõ fm ꝓprias formas. qꝛ enim dicta quali-
tas cõplexionalis nõ est precise calida aut frigi-
da vel humida aut sicca sed participat remisse et
in quodaȝ medio omnes has qualitates: ideo ꝑ-
dicte qualitates dicunt̃ in ipsa misceri nõ actu ſ
virtute et eis mediantibus ipsa quattuor elemẽ
ta. vnde arguẽs deceptus est putãs ꝙ vnio ele-
mentorum et mixtio sint omnino idem. et qꝛ fm
formas substãtiales nõ est elementoꝝ vera mix
tio: putauit ꝙ fm eas nõ esset illorum vera vnio
quod falsum est. habẽt enĩ se vnio et mixtio sicut
superius et inferius. nã omnis mixtio ẽ quodam-
modo vnio: non tamen omnis vnio est mixtio.
vnde elemẽta dicuntur vere mixta fm formas
accidẽtales non fm formas sbales. et accipit̃ in
ꝓposito mixtio nõ ꝓ iuxtapositione miscibiliũ vt
pħs ait ꝑmo libro de generatione: sed ꝓ cõueniẽ
tia miscibiliũ in vno medio qδ illoꝝ naturã sapit
de huiusmoi autẽ elementoꝝ mixtione: in tertio no-
tabili dictũ est diffuse. ¶ Ad. 6.m dr̃ ꝙ Aristotiles
vbi allegat̃: capit nomen elementi cõmunius q̃ȝ
dicatur de ꝑmis corporibus simplicibus .s. ꝓ princi
pio rei intrinseco. vnde argumẽtũ non est ad ꝓ-
positũ. ¶ Ad. 7.m negatur assumptũ. imo magis
simplex ẽ forma substãtialis mixti q̃ȝ forma hui⁹
sillabe. ba. tũ qꝛ forma huius sillabe. ba. ex pluri-
bus realitatibus cõflatur vt etiã arguens fatet̃.
tũ etiã qꝛ sensibilit̃ iplicat aliquid ipsarũ partiũȝ
cõponentium licet nõ earum terminationes. et
iterũ forma huius sillabe. ba. nõ habet ꝑfectã rõ-
nem indiuisibilitatis cũ sit forma cõpositionis et
ordinis vñ habet rõneȝ forme totius. forma aũt
substantialis mixti neqȝ ex partibus cõflatur ne-
qȝ implicat plurium cõpositionem vel aggrega-
tionem. neqȝ est forma cõpositionis vel ordinis
sed est forma partis perfectã habens rõnem in-
diuisibilitatis. Auctoritas autem pħi inepte et
nõ ad intentionem eius allegatur. nõ enim men
tis pħi est inuestigare formã mixti vt arguẽs fin-
git: neqȝ cõparare simplicitatem forme substãtia
lis mixtorum fm similitudinẽ simplicitati forme
huius sillabe. ba. vt male intellexit arguẽs: sȝ cõ-
parat formã accidentalẽ corpis mixti que est q̃li-
tas cõplexionalis forme predicte sillabe. ba. q̃ȝ
ad silitudinẽ simplicitatis: nõ absolute sȝ i cõpara
tiõe ad cumulũ vl̃ aceruũ vt lapidũ vl̃ lignoꝝ. nã

cōparata adinuicē nō habēt omnimodā similitu
dinē simplicitatis cū q̄litas cōplexionalis mixti
nō sit forma ordinis quēadmodū forma sillabe
ba. ꝙ aūt ph̄s nō loquat̄ ibi de forma s̄bali mixti
manifeste apparet. q2 loquit̄ d̄ forma mixti cōpo-
sita vel resultāte ex multis elemētis. huiuscemo-
di aūt forma: nō est forma s̄balis ꝫ accidētal̄ for-
ma .s. cōplexionalis ꝑut dictū fuit in tertio nota
apostolus quoqȝ magnis tentationibus memoratis quibus tñ sancti nõ possunt diuelli a charitate christi ad Ro. 8°. ait. In his omnibus superam⁹ propter eum q̄ dilexit nos. et littera Aug. hȝ per eum qui dilexit nos. sup quo verbo ipe ait in de gratia et libero arbitrio. nõ ergo per nos sȝ per eum qui dilexit nos. quid plura adducamus cum cuilȝ christiano debeat sufficere ꝙ tota ecclesia dei a christo capite instructa orat ne iducatur in tentationem. i. ne i tentatiõe deficiat. omẽsqȝ sancti de superatione tentationum deo tanq̃ auctori referãt gr̃as. Confirmat̃ per expressam determinationem concilij mileuitani in quo sic habetur. quicunqȝ dixerit gr̃am dei qua iustificamur ꝑ Jesum xp̃m dominũ nostrũ ad solam remissionẽ peccatorum valere que iam cõmissa sunt nõ etiã ad adiutorium vt non cõmittant̃ anathema sit. aut eni intelligẽdum est illud tñmõ esse dictum ꝙ nullus põt omnia peccata vitare ita vt nullũ oino cõmittat sine adiutorio gr̃e vt aliqui volũt exponere: vl' q² nullum peccatum põt hõ vitare absqȝ auxilio gratie. primũ non põt dici. quia tũc sequitur ꝙ gr̃a dei nulli valet ad vitandũ peccata cuius oppositum concilium clamat. tenet ꝯña. q² nullus est potens peccare q̄ nullũ penitus cõmittat peccatũ. relinquit̃ ergo secundũ ⁊ habet̃ propositũ. ¶ 10. arguit sic. Existẽs in gr̃a non q̄lib& peccatum põt vitare sine alio speciali dei auxilio. ergo multo minus existẽs extra gratiam. ꝯña nota est. añs ꝓbatur primo. q² nõ qualȝ tentationẽ põt sine sp̃ali dei auxilio superare. igit̃. probatur assumptũ. q² si qualȝ: igitur nulla quantacũqȝ tẽtatione positi viri iusti debent diuinũ auxiliũ implorare. neqȝ de alicui⁹ victoria deberent se magis q̃ prius deo obligatos cognoscere ⁊ tanq̃ de nouo munere illi gratias agere. ꝯña pȝ ex dictis. falsitas cõsequẽtis pȝ quantum ad primã partẽ ex rescripto Innocẽtij ad carthaginense cõciliũ. vbi dr̃. necesse est vt quo auxiliante vincimus: eo iterũ nõ adiuuante vincamur. ac ꝑ hoc etiã post preteritas victorias iustorum de peccatis insupuenientib⁹ tentationib⁹ bñt iterũ eius auxilium implorare. Quantũ etiã ad secũdam ꝑtem quilȝ vt puto cõfitebitur eẽ falsũ. quis eni iustorum de magne tentatiõis periculo liberat⁹ nõ reputet se in eo magnũ dei bñficium recepisse et deo ãplius ad gr̃as agendũ obligatũ. et tanq̃ pro nouo munere gratias ⁊ sacrificium confessionis seu laudis exoluat. vnde beatus. Jo. apoca. 4°. dicit ꝙ seniores per quos vtiqȝ sancti viri significant̃: adorabant viuentem in secula seculorum mittentes coronas suas ante tronum. que verba exponens Greg. 22. mora. ait. coronas suas ante tronum mittere est certaminuȝ suorum victoriam nõ sibi sed actori tribuere. vt ad illum referant gloriam laudis a quo se sciunt vires accepisse certaminis. ¶ 2° probatur principale antecedens. q² si homo existens in gratia põt sine sp̃ali dei auxilio vitare quodlibet peccatũ. igit̃ vel non ad singulos actus gr̃a dei atqȝ adiutoriũ dat̃ vel ad aliquos frustra et iportune datur. ꝓma pars cõsequentis fuit vnus de erroribus dãnatis pelagij. secunda vero pars blasphemia quedam est. ꝯña vero satis est clara. vnde ad illud velle vel nolle quo resistitur tẽtationi nõ daretur adiutoriũ dei: aut si daretur superflue daretur ex quo sine huiusmodi adiutorio hõ poterat preualere. si dicatur ꝙ non dat̃ superflue q² facilius per id adiutoriuȝ resistitur tentatiõi: appropinquat̃ ad illam dãnatã sententiam pelagij qua dixit ideo dari gr̃am vt per illam facili⁹ impleat̃ quod preceptũ est. ¶ 3° ad idem. Q² si sic: ergo nõ quẽlibet bonum actum q̄ fit ab homine deus facit vt faciat illũ. siue nõ ad quẽlȝ bonum actum hoĩs deus mouet voluntatem hominis faciens eã velle id q̄ð ipsa vult. patet ꝯña de actu quo vult resistere praue tentationi qui vtiqȝ bonus est imo ⁊ meritorius in habẽte gr̃am. si enim hõ per habitum gratie et liberuȝ arbitriũ resistit seu vult nõ consentire: cum habitus nõ moueat potentiam lȝ coadiuuet coagendo: nõ poterit dici ꝙ deus moueat voluntatem ad agendũ nisi alio modo speciali concurrat gratis et misericorditer. consequens patet esse falsum ex predictis. Forte dicetur contra omnia ꝑdicta ꝙ dicte rationes ⁊ auctoritates non cogũt vt dicatur nobis esse necessarium aliud adiutorium dei ab influentia generali. omnes enim saluantur si dicatur ꝙ non possumus aliquid facere nisi deo adiuuante per suam influentiam generalem. sed ista responsio excluditur primo ex dictis Aug. in epistola ad vitalem hereticum vbi sic dicit. qm̃ propitio christo christiani sumus catholici scimus nondũ natos et c̃. scimus gratiam dei nec paruulis nec maioribus fm̃ merita dari. scimus maioribus ad singulos actus dari sed non omnibus. igitur est adiutorium speciale. secũdo nam nec malos actus possumus agere subtracta dei influentia generali. et nõ sic ad malos actus dicit nos scriptura indigere iuuari a deo sicut ad bonos. alias sicut dicit sapiens non possum esse continens nisi deus det: ita potuisset ipse vel ali⁹ dicere non possum concupiscere vel mechus esse nisi deus det. et sicut ap̃lus ait. sumus factura in opib⁹ bonis [illegible] potuisset ali⁹ dicere

ipsi sumus factura in christo creati in operib⁹ malis. et ita dicendum esset q operari velle et perficere p mala voluntate sicut apostolus dicit deus operatur in nobis velle et perficere p voluntate bona. que verba tanq plena blasphemie omnis fidelium auris abhorret. Confirmatur. quia secundum concilium mileuitanũ cum christus ait sine me nichil potestis facere de fructibus mandatorũ specialiter loquitur. et vt dicit Aug. de verbis dñi sermone. 12. cuz tibi dr sine adiutorio dei nil potes facere: nichil subintellige boni. nam illo nõ adiuuante vtiq agis male. igitur preter influentiam gñalem specialiter iuuat nos deus ad bene agendum sine quo adiutorio spãli nihil boni possum⁹ agere. Forte aliter dicer q tales auctoritates nõ sunt intelligẽde de quibuscuz bonis operibus possibilibus ab homine fieri: sed de bonis meritoriis tm̃. Sed hec respõsio excluditur primo per illud apli. pᵉ cor. 4. quid habes qd non accepisti etc. super quo Aug. in de predestinatiõe sanctorũ non multo post principium plixe probat q tota intẽtio apostoli tendit ad pbandum neminem posse aduersus alterum extolli: aut de aliquo super alterum in seipso aut in alio homine sed tm̃ in dño gloriari. vnde apostolus hoc inquit trãsfigurani in me et apollo. vt in nobis discatis ne supra q scriptum est vn⁹ infler aduersus alterz. quid enim te discernit quid autem habes quod non accepisti. si autem et accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis s. a deo. oportet ergo intelligere dictũ apostoli de quolibet bono quo homo ab homine discerni potest aut aduersus alterum extolli. igitur non solũ de bono meritorio sed de bonis moralibus non meritoriis. alias cathecuminus aut etiã christian⁹ existens in peccato mortali agens aliquos act⁹ bonos moraliter et de illis se extollens aduersus alterum posset apostolo querenti: respondere discernit me iusticia mea mansuetudo mea et sic de aliis sed et hoc non accepi sed habui a meipso. Et ibidẽ subdit Augustinus qcquid et anteq in christum crederet et cum credidisset bene operatus est cornelius totum dandũ est deo. ne forte quis extollatur. bona autez que anteq in christum crederet operatus est cornelius: cõstat non fuisse meritoria merito vite eterne. hoc idem expresse patet per eũdem libro primo ad simplicianum in responsione ad. 2ᵃᵐ questionem. incipit inquit homo percipere gratiam ex quo incipit credere deo: vel interna vel externa admonitione motus ad fidem. sed in quibusdam tanta est gratia fidei quanta non sufficit ad obtinendum regnũ celorum sicut in cathecuminis. sicut in ipso centurione anteq sacramentorum participatione incorporaretur ecclesie. in quibusdam vero tanta ẽ gratia vt iam corpori christi et sancto dei templo deputentur. et sequitur. fiunt ergo inchoationes quidem fidei conceptionibus similes. nõ tamẽ solum cõcipi sed etiã nasci opus est vt ad vitam perueniatur eternam. nichil tamẽ horũ sine gratia misericordie dei. quia etiam opera si qua bona sunt: cõsequuntur grãz illam nõ precedunt. hec Aug. hic apparet manifeste q nõ solũ opera vite eterne meritoria qualia sunt eorum tm̃ qui iam participatione sacramentorum incorporati sunt ecclesie et facti templum dei: sed etiam alia bona non meritoria vite eterne qualia sunt in cathecuminis nõ fiunt sine grã dei. Idẽ dicit de bonis operibus hereticorum et scismaticorum in sermone de patientia dei. secundum merito queri potest. vtrũ et ista patientia donũ dei sit an viribus tribuenda sit volũtatis humane. q quisq ab ecclesia separatus nõ pro errore q eum separauit sed pro veritate sacramenti seu verbi que apud eum remansit timore penarum eternarum patitur temporales penas. cauendũ est ne forte si donum dei illam patientiam dixerimus iis quibus inest et ad regnuz dei credant pertinere. si autem illam donuz dei negauerimus cogamur fateri sine adiutorio et munere dei in voluntate hominis esse posse aliquid boni. neq enim hoc non ẽ bonum vt credat homo eterno supplicio se esse puniendum si negauerit Christum. et pro ista fide qualecunq supplicium perferat et contemnat humanum. proposita autem hac questiõe et factis argumentis ad vtraq partem nullo interposito determinat eam sic. proinde sicut negandum non est hoc esse donum dei: ita intelligẽdum est alia esse dona filiorum illius hierusalem que sursum est libera mater nostra. hec sunt enim quodãmodo hereditaria in quibus sumus heredes coheredes autem christi. alia vero que possunt accipere etiam concubinarum filii quibus iudei carnales et scismatici vel heretici comparantur. Quis eni scriptuz sit eiice ancillam et filium eius. nec eni heres erit fili⁹ ancille cũ filio meo Isaac. et Abrae dicit deus. in Isaac vocabitur tibi semẽ quod sic ẽ apostolus interpretatus vt diceret id est non qui filii carnis hii sunt filii dei. sed qui filii dei deputãtur in semine. vt intelligeremus semẽ abrae secundum Isaac propter christum ad filios dei ptinere qui sunt corpus Christi et membra. Ecclesia dei. vna. vera. germana. catholica tenẽs piaz fidem nõ eam que per elationẽ vel per timorem sed eam q per dilectionẽ operar. tm̃ etiã filios cõcu.

binarũ qñ a filio suo Isaac diuisit abraã: nõ nulla eis largit⁹ est mũera ne relinquerent omnino inanes: nõ vt tenerẽtur heredes. sic eñi legimus. dedit aũt abraã omnẽ substantiã suã Isaac filio suo ꝛ filiis concubinarum dedit abraã munera. si ergo filii sumus libere hierusalẽ: alia dona exheredatorum alia intelligimus heredũ. hec Augu. ¶ Ex q̄bus patet manifeste ꝓpositum. qm̃ paciencia hereticorũ vel scismaticorꝫ qua sustinent mortem ꝓpter xp̃m: nõ vtiq̄ est actus meritorius et tñ illam dicit esse donũ dei. Et idem sentiendũ est de cuiuslꝫ alterius virtutis actu. et vniuersaliter de quolꝫ actu moraliter bono q̄uis nõ sit meritorius. ¶ Cõtra quartã cõclusionẽ arguit Durãdus improbãdo ꝓbationem ei⁹. quia lꝫ supremo agẽti conueniat ad vltimum finem ꝑducere nichil tñ prohibet infimũ agens ad vltimũ finẽ disponere. sicut videm⁹ in gñatione hoĩs in qua lꝫ deus introducat formã vltimam: nã tamen ex ꝓpria ṽtute disponit mãm. similiter lꝫ ad cõsecutionem gr̃e requirat̃ specialis motio dei gratiã infundẽtis si tñ gratia sit habituale donum: tñ ad eam põt se hõ disponere pure vt videt̃ per liberum arbitriũ absq̄ tali motione speciali. ¶ 2° q2 illõ bonũ qd̃ hꝫ ad gratiam imediatũ ordinẽ: videt̃ esse preparatoriũ ad illã. sed bonũ morale ẽ hmõi. cũ ergo in tale bonũ possit hõ sine imediata motiõe voluntatis a deo: pꝫ q̄ absq̄ tali adiutorio potest se hõ ad gr̃am preparare. ¶ Cõtra quintam cõclusionẽ arguit̃ sic. Primo. q2 Augu. in hyponosticõ respõsione tertia recitãs errorẽ pelagii ait. Iterũ posse dicũt hoiẽ per liberũ arbitriũ ꝑ se sibi sufficientẽ implere qd̃ velit. ꝛ post cõtra hoc ait sic. Respondem⁹ neminẽ posse ꝑ se sibi. i. per liberũ arbitriũ sufficere iplere qd̃ velit recte dicamus nisi ꝓtoplaustũ solum potuisse cum volũtas liberi arbitrii fuisset sana eadẽ ante culpã. et paulo post ꝓbans illud auctoritate scripture ait. Recte vt calcatius liberũ arbitriũ cum possibilitatis bono qd̃ valeret iplere qd̃ voluisset adã factũ intelligas. audi qd̃ dicat scriptura sancta ecclesiastico libro. de⁹ inquit ab initio fecit hominem ꝛ reliquit illũ in manu consilii sui. adiecit mandata ꝛ precepta ꝛc̃. quid est autẽ. reliq̃t illũ in manu cõsilii sui nisi dimisit illũ in potestate arbitrii sui. in manu eñi possibilitas intelligit̃. ipa ẽ prima gratia qua primus hõ stare potuisset si seruare mandata diu voluisset. hec Augu. Ex q̄bus patet q̄ adã per liberum arbitrium totaliter dotatum qualiter habebat ante culpam. s. cum bono possibilitatis seu gratia illius prima: sufficiebat sibi implere quod vellet. ceterorum vero neminem sibi sufficere. per quod patet eũ loqui de sufficientia ad bonum. nam ad malum alii etiam sufficiunt sibi. hoc etiam patet ex eo quod dicit. adam per liberum arbitrium cum bono possibilitatis potuisse stare si voluisset seruare mãdata. Per quod etiam innuit̃ q̄ potuit seruare mandata. igitur potuit agere actum moraliter bonum. si vero sibi sufficiebat ad hoc: igitur nõ indigebat alio auxilio gratie speciali. alias ceteri possent dici sufficere sibi etiam ad bonum. quia constat q̄ ipsi per liberum arbitriũ cum spãli dei adiutorio possunt agere bonũ ꝛ implere omnia diuina mãdata. et tamẽ Aug. de ceteris illud negat. ¶ 2°. Aut adã per liberum arbitriũ cum adiutorio gratie addite poterat stante generali influentia dei sine alio adiutorio seruare mandatum aut nõ. si sic: igitur potuit agere actum bonũ moraliter. si non: igitur nõ seruando nõ peccauit qd̃ non ẽ dicendum. ꝯñia probatur. quia non faciens aliquid quod non potuit facere si impotentia illud faciẽdi nõ prouenerit ex peccato: nequaq̄ peccat. nã peccatum qd̃ non est pena peccati verissime diffinitur ab Augustino in. li° de duabus animabus. peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iusticia vetat et vnde liberum est abstinere. Et idem dicit ꝑmo retractationum. ca° 15. primum autem peccatum ade nõ fuit pena peccati. nec illa impotentia si fuisset: prouenisset sibi ex peccato quare et cetera. Hanc rationem satis innuit Aug. in de correctione et gratia. ca°. 49. vbi sic dicit. si hoc adiutorium angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset: qm̃ non talis natura facta erat vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet: non vtiq̄ sua culpa cecidisset. adiutoriũ quippe defuisset sine quo manere nõ posset ꝛ cetera. hec sunt argumenta Gregorii volentis q̄ adã in primo statu indiguit ad bene volendum ꝛ agendum gratia habituali: non autẽ aliqua speciali motione dei. ¶ 3° arguitur sic per eundem. nam Augustinus in de bono perseuerãtie non multo post principium dicit. q̄ non inferri in tentationem ꝛ nõ discedere a dño: nõ est oĩno in viribus liberi arbitrii quales nunc sunt. fuerunt autem in homine anteq̄ caderet. si autem non discedere a dño et non inferri in tentationẽ fuit omnino i virib⁹ liberi arbitrii hominis ãteq̄ caderet: igitur nõ indigebat ad non discedendũ alio speciali auxilio. alioquin nõ omnino sed aliqualiter tñ et partialiter illud fuisset in viribus eius. per vires autem ei⁹ non tñ ipsum liberum arbitriũ sed ẽt vim ꝛ adiutorium sibi collatũ debemus accipere. ¶ 4° arguit sic alius ꝯ gregoriũ

concurrens cum eo in lectura sententiarum parisi⁹. hō post peccatuȝ ade ⁊ in statu nature corrupte pōt habere rectam ⁊ perfectā cognitionem ⁊ rectam et pfectam volitionē circa agibilia sine aliquo spāli dei auxilio. igiƚ et ante peccatū et i statu nature itegre. pña nota ē. añs pbatur quo ad vtrāq₃ partē. et pmo q̄ possit hr̄e rectam ⁊ perfectam cognitionem de agēdis. Primo sic. aut hō ex suis naturalib⁹ sola dei influētia concurrente pōt cognoscere deum eē summe honorandū aut nō sed vltra hoc requiriƚ aliq̄ auxilium dei spāle. si detur pmum: habeƚ ppositum q₂ illud ē qōdaȝ morale bonū. si secundū: sequitur q̄ hō in suis solis nālibus constitutus ⁊ concurrēte dei influentia generali de hoc bono morali qō est deum eē summe honorandū: habebit ignorantiā inuincabilem. Et vltra sequiƚ q̄ omissio hui⁹ actus. s. nō honorare deum summe: non imputabiƚ sibi quo ad penā vel culpā cum p₃ oēs doctores nō imputētur quecūq₃ ex ignorātia inuincibili simpliciter cōmittuntur. sed vtrūq₃ istoꝝ videtur esse falsuȝ et cōtra Aplm Ro. p° vbi dr̄ q̄ gētiles habuerūt noticiā huius q̄ deus est summe honorandus. q₂ qō notum est dei manifestū est in illis. et q̄ hmōi actus imputenƚ ad penā: patet p illud quod habetur ibidē. reuelaƚ enī ira dei de celo sup omneȝ impietatē ⁊ iniusticiam hominum coꝝ qui veritatem dei in iniusticia detinent et quo ad culpā ita vt sint inexcusabiles. et statim causam subdit. q₂ cum cognouissent deū: non sicut deū glorificauerunt ⁊c̄. ¶ 2°. pbatur illa eadem pars antecedētis. si hō ex suis naturalibus sola dei gnāli influentia cōcurrente non pōt cognoscere quid sit agendum ⁊c̄. ex se nō habebit vñ sit consiliatiu⁹ vel eē possit. p₃ consequētia cum consilium nō sit de his que nō pñt cognosci. sed cōsequēs est cōtra sacrā scripturā ecclesiastici. 15°. reliquit eū in manu consilij sui. ¶ 3° ad idem. aut samaritan⁹ videns illū hominem semiuiuū relictū: potuit cognoscere ex solis naturalibus cum sola dei influētia generali quid circa illū erat agēdum moraliter ⁊ habetur propositum. aut non potuit: et tunc sequiƚ q̄ nā huius hois est peior in ordine ad sue nature consortē q̄₃ natura porci. q₂ audiens aliū porcū torqueri statim insilit in tortorē. et hoc videtur multum fauere errori manicheorum dicentiū naturam simpliciter malā. et sic patet prima pars antecedētis. ¶ 2ª vero pars antecedentis pncipalis pbatur pmo sic. habita in presenti statu noticia q̄ de⁹ est sup omnia diligēdus: aut hō ex suis naturalibus cū sola dei influētia generali potest elicere circa deū actuȝ dilectiōis bonū moraliter aut non. si sic: habetur ppositum. si nō: sequitur q̄ actus dilectionis bone moraliƚ elicitus circa deū est supra facultatē humane nature qō est contra auctoritatē sacre scripture deutero. 30. dicētem. mādatuȝ qō precepi tibi hodie nō supra te ē nec procul positū. sed iuxta te est sermo in ore tuo et in corde tuo vt facias. ex qua auctoritate videtur q̄ diligere deū non est supra facultatē nostrā immo est cōnaturale. q₂ non minus est connaturale homini deū diligere: q̄₃ deum amandū cognoscere vel de deo amando verbum cordis vel oris formare. sed cōnaturale est homini deū amāduȝ super oīa cognoscere: et de deo sic cognito v̄bum cordis ⁊ oris formare. igitur. ¶ 2° sic. aut habita sufficienti noticia q̄ deus ē summe amādus voluntas ex suis nālibus eliciet actū amādi bonū moraliter: ⁊ habetur ppositum. aut malum et tunc contra. q₂ pro omni tp̄e quo exercitium alicuius actus est malū moraliter ⁊ culpabiliter: omissio illius act⁹ est bona moraliƚ atq₃ laudabiliƚ. Ƨ similiter p omni tp̄e quo hō stat sub sola generali influētia dei exercitium diuine dilectiōis est malū moraliter ⁊ culpabiliter. ergo p illo tp̄e omissio illi⁹ actus est bona moraliter. hoc aūt p₃ esse falsum. quia scđm Aplm culpabile fuit phis q̄ omiserunt glorificare et per pñs amare deū. ¶ 3° sic. aut habita sufficiēti noticia de bono ⁊ malo moraliƚ eligendo vel respuēdo volūtas pro pñti statu cum sola gnāli influentia dei est indifferens ad vtrūq₃ et habetur ppositum. aut nō: et hoc est cōtra sacram scripturā dicentem ante hominem vita et mors bonum ⁊ malū ad quodcūq₃ voluerit conuertet manum suam. ecclesia. 15°. Item si non sit indifferens ad vtrūq₃ sed determinata ad alteꝝ aut est deteriata ad malū actū: et hoc est propinquū errori manichei. aut est deteriata ad bonuȝ actū: et tūc est propinquum errori Iouiniani. ex quo videƚ q̄ cum circa naturam hois pro presenti statu sint pdicti duo errores oppositi. nā Manicheus posuit q̄ natura humana nō poterat facere bonuȝ. Iouinian⁹ vero q̄ nō poterat facere malum. isti ambo errores vitari nō pñt nisi ponēdo mediū. s. q̄ natura humana ex suis naturalib⁹ pōt facere bonum ⁊ malū. et istū modū tenet ecclesia et. S. Tho. in. 2°. et in. q. disputatis. ¶ 5°. principaliter pōt sic argui. aut ad faciendū actuȝ moraliter bonū necessario requiriƚ infinita potētia aut solum finita. nō est dicendum q̄ infinita cū talis actus non sit infinitus nec infinite pfectiōis nec vllam infinitatem habeat. si requiritur soluȝ finita: igitur tātū poterit vigorari liberū arbitriū hois per aliqua dona superaddita vl̄ p intēsionē

naturalium potētiarum anime vel angeli: ꝙ poterit i talem actum sine speciali dei adiutorio cū sola dei influētia generali. et talis vigoris videt̄ fuisse liberum arbitrium hominis in statu innocentie.

Quantuz ad articulū tertium primo notādum est prout. S. Tho. dicit. pᵃ 2ᵉ. q. 109. arti. 2ᵒ ad. 3ᵐ. ꝙ nā hūana per primum peccatum magis ē corrupta quātum ad appetitum boni ꝙ̄ quātum ad cognitionem veri. cuiꝰ ratio potest sumi ex ipsa ratiōe infectionis que secuta est in natura humana ex primo peccato. q̄ per prius et magis facta est in volūtate ꝙ̄ in intellectu. Tum qꝛ peccatuz originale fuit priuatio originalis iusticie q̄ per priꝰ ꝛ magis pertinebat ad volūtatem. erat enim iusticia originalis vt anselmus dicit in libro de cōceptu virginali rectitudo volūtatis. Tum etiam quia inclinatio ad peccandum que ex infectione causata ex primo peccato bonum nature humane corrupit: magis ꝛ per prius respicit volūtatem ꝙ̄ intellectum. habet enim volūtas primam ad peccādum inclinationem ita vt Augu. dicat in. li. de libero arbitrio ꝙ peccatum adeo ē volūtarium: ꝙ si non sit volūtarium non est peccatum. et in libro retractationū volūtas inquit ē qua peccatur ꝛ recte viuitur. Tuz preterea quia fomes peccati per quem in nā corrupta est inclinatio et pnitas ad malum et difficultas ad bonum est subiectiue in appetitu sensitiuo cuiꝰ passio per prius ꝛ magis impedit rectitudinem volūtatis ꝙ̄ rationis propter maiorem propinquitatem ꝛ cōformitatem ad potentiam volūtatis cum sit appetitiua. vnde et fomes peccati rectitudinem rationis non impedit nisi ex ea parte qua ratio directiua est appetitus et eius cognitio ordinatur ad opus. et inde est ꝙ intellectus speculatiuus qui apprehendit verum sine ratione boni ꝛ appetibilis: appetitum non mouet prout etiā philosophus dicit in. 3ᵒ. de anima. quia igitur in statu peccati nā humana magis infecta ꝛ corrupta est q̄tuz ad appetitū boni ꝙ̄ q̄tum ad cognitionem veri: ideo. S. Tho. tenens ꝙ intellectꝰ humanus etiam in statu peccati non indiget speciali auxilio dei. s. noua et gratuita illustratione superaddita naturali ad cognitionem speculatiuā cuiuscunqꝫ veri quod naturaliter ab homine cognosci potest in cuius scꝫ noticiam per sensibilia possumus deuenire: tenet ꝙ in statu peccati homo non possit velle aut facere actum moraliter bonum sine speciali et gratuito dei auxilio. et quia sicut dictum est: intellectus noster ex ea parte qua directiuus et motiuus est appetitus defectum et vulnus ignorantie habet ex primo pctō consecutū: ideo fm doctrinam Sancti Doctoris homo in statu peccati idiget auxilio gratuito dei ad cognoscendum saltem in particulari et sentētialiter quid volendum sit et quid fiendum non solum ad merēdum vitam eternam sed ad actꝰ moraliter bonos perficiēdos sicut apparet. pᵃ 2ᵉ. questiōe. 109. articulo. 9ᵒ. Tum demum quia licet intellectus precedat et moueat voluntatem inquantum proponit ei suum obiectum: voluntas tamen precedit ꝛ mouet intellectum ꝛ alias vires anime quantum ad exercitium et executionem actus in quo peccatum actuale consistit.

¶ Aduertendum tamen ꝙ de hac conclusione ꝛ de sequentibus supra positis. S. Tho. aliter videt̄ sentire in primo opere. i. in scriptis suis super magistrum sententiarum: et aliter in secūdo opere vꝫ in summis ꝛ in questionibus de veritate ac in quodlibet ꝛ in alijs que post scripta super sententias edidit. verum est tamē ꝙ quibusdam distinctionibus et suppletionibus aut determinationibus possent vtraqꝫ dicta ad concordem sensum trahi. sed quia id non videtur esse de mente ipsius: pretermittimus tenentes illa que post scripta super sententias in pluribus locis scripture sue docuit. vbi sic nobis apparet: corrigere voluit que prius dixerat.

¶ Secundo Notandū est ꝙ deꝰ dupliciter mouet res creatas. Uno mō īfluētia gnāli qua. s. deꝰ mouet gnāliter oēs res p hoc ꝙ dat eis formas ꝛ virtutes agēdi et eas cōseruat in eē et illas applicat ad agēdū et ē omniū actionum finis. per quem modū non solū deus dicit̄ res creatas mouere sed ꝛ operari in omni operante fm illō ysaie. 26. omnia opera nostra operatus es in nobis domine. et Jo. 15. sine me nichil potestis facere. vbi interlinearis dicit. nec parū. Alio mō dicit̄ deus operari in rebus creatis et eas mouere per influentiam specialem qua. s. neqꝫ semper neqꝫ generaliter omnes res mouet aut in eis operatur. primo mō dicūtur res moueri ꝛ agere vel operari generali dei auxilio quo nulla creatura deseritur. secūdo mō dicuntur res moueri et agere vel operari speciali dei auxilio quo neqꝫ semper neqꝫ omnis res creata in suis motibꝰ et operationibus iuuatur. propter quod huiuscemodi auxilium quibꝰ impenditur: gratis datur. eo ꝙ neqꝫ naturis rerꝫ

neꝗ ſm ordinem et curſum communem nature debitum ſit illis. cum ergo in cõcluſionibus dictũ eſt ꝙ ſine dei auxilio nõ poteſt homo in ſtatu peccati velle ⁊ operari bonum vel precepta dei implere aut preparare ſe ad gratiã vel ſingula peccata vitare et hmõi: debet intelligi de ſpeciali et gratuito dei auxilio. nam loquendo de generali dei auxilio: etiã mala opera fieri nõ poſſunt quãtũ ad ſubſtantiã actus ſine dei auxilio. vnde omnes auctoritates tam ſanctorum doctorum ꝙ̃ et ſcripture ſacre quibus non deo ſed ſoli libero arbitrio tribuuntur noſtra mala opera ac peccata ad que liberum arbitrium per ſeipm ſufficere dicitur: intelligende ſunt vt excludant deum ſpecialiter ⁊ gratuito agentem non generali influentia mouentem ⁊ agentem. dicente ꝓpheta. omnia opera noſtra operatus es i nobis dñe. quod debet intelligi quo ad ſubſtantiam actus. nã peccatorum deformitates et defect⁹ culpabiles a ſolo libero arbitrio deordinato fiũt nulla dei actione aut motione ad id per ſe concurrente. in quo ſenſu loquit̃ Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſermone. 13. dicens. cum dico tibi ſine adiutorio dei nichil agis: nichil boni dico. nam ad male agendum habes ſine adiutorio dei liberam voluntatem. et de correctione ⁊ gratia vbi dicit. liberum arbitrium ad malum ſufficit: ad bonum autẽ parum eſt niſi adiuuet̃ ab omnipotente deo. dicim⁹ ergo ꝙ ad actus prauos ⁊ ad perpetranda peccata ſufficit liberum arbitrium cum generali dei influentia ⁊ motione. ad actus vero bonos preſertim moraliter et ad opera virtutum peragenda: liberum arbitrium in ſtatu peccati etiam cum generali dei influentia ac motione nõ ſufficit ſed indiget ſpeciali et gratuito dei auxilio iuuari: et preparando ac mouendo voluntatem vt bonum velit: et perſeuerantiam bone voluntatis tribuẽdo: ⁊ ĩpedimenta auferendo vt bonam voluntatem bone operationis ſequatur adimpletio. iuxta quod propheta dicebat. a dño greſſus hominis dirigũtur ⁊ viam eius volet. et apoſtolus ad philipen. ſecũdo. deus inquit eſt qui operatur in vobis et velle ⁊ perficere pro bona volũtate. qđ Auguſtin⁹ exponẽs in de bono perſeuerãtie ait. nos ergo volumus ſed deus in nobis operatur ⁊ velle. nos operamur ſed deus in nobis operatur et operari pro bona voluntate. hoc nobis expedit et credere et dicere.

¶ **Tertio** Notandum eſt prout Sãctus Thomas deducit i de veritate queſtiõe vigeſima quarta articulo. 12. in corpore: cum liberũ arbitrium ſit quedam potentia conſtituta infra rationem et ſupra potentiam motiuã exequentem: dupliciter aliquid extra poteſtatem liberi arbitrij inuenitur. vno modo ex hoc ꝙ excedit efficaciam potentie motiue exequentis que ad imperium liberi arbitrij operatur. ſicut volare non ſubeſt libero arbitrio hominis quia excedit vim potẽtie motiue in homine. alio modo eſt aliquid extra poteſtatem liberi arbitrij quia ad ipſum ratiõis actus non ſe extendit. cum enim actus liberi arbitrij ſit electio q̃ conſilium. i. deliberationem ratiõis ſequitur: ad illud ſe liberum arbitrium extendere non poteſt quod deliberationem rationis ſubterfugit: ſicut ſunt ea que ex improuiſo occurrũt. primo igitur modo peccatum vitare: poteſtatem liberi arbitrij non excedit. quia ꝗ̃uis expletio peccati per actũ exteriorem executione virtutis motiue peragatur: tamen peccatum in ipa voluntate perficitur ante operis executionem per ſolum conſenſum. vnde propter defectum virtutis motiue nõ impeditur liberum arbitrium a peccato vel eius vitatione ꝗ̃uis interdum impediatur ab executione. ſicut cum quis vult occidere vel fornicari aut furari non tamen poteſt. ſed ſecundo modo peccatum vitare: liberi arbitrij poteſtatem excedere poteſt quando. ſ. peccatum quaſi repente occurrit ⁊ electionẽ liberi arbitrij ſubterfugit: ꝗ̃uis liberum arbitrium hoc poſſet vitare ſi ad hoc ſuã attentionem vel conatum dirigeret. Dupliciter aũt aliquid in nobis quaſi repente accidit. Uno modo ex impetu paſſionis rationem preuenientis. motus enim ire ⁊ concupiſcentie interdũ deliberationem rationis preuenit. qui quidem motus in illicitum tendens ex corruptione nature peccatum veniale eſt. et ita poſt ſtatum nature corrupte non eſt in poteſtate liberi arbitrij omnia peccata huiuſmodi vitare. qꝛ eius actus liberum arbitrium effugiũt ꝗ̃uis poſſit impedire aliquem iſtorum motuũ ſi contra conet̃. non eſt autem poſſibile vt hõ conetur cõtinue ad hmõi motus vitandos ꝓpter varias humane mentis occupatiões ⁊ quietem neceſſariam. quod quidem contingit ex hoc ꝙ inferiores vires non ſunt totaliter rõni ſubiecte ſicut erant in ſtatu innocentie quando homini hmõi peccata et omnia et ſingula per liberũ arbitrium vitare facilimũ erat. eo ꝙ nullus motus in inferiorib⁹ viribus inſurgere poterat niſi ſm ratiõis dictamen. ad hanc autem rectitudinem hõ in preſenti per gratiã nõ reducitur cõmuniter loquendo: ſed hanc rectitudinem expectam⁹ in ſtatu glorie. et ideo in hoc ſtatu mi

serie etiā post reparationem grē hō non pōt omnia peccata venialia vitare: cū tamē in hoc i nullo libertati arbitrij preiudicet. Alio mō. aliqd cōtingit in nobis quasi repente ex inclinatiōe habitus vt dicit phs. 3°. ethi. qđ non est intelligendū quasi operatio fm habitū virtutis possit eē omnino absq; deliberatione cum virtus sit habitus electiu⁹: sed qz habenti habitum: iam est in eius electiōe finis determiatus. vñ qñcūq; aliqd occurrit conueniens illi fini: statim eligitur nisi ex aliqua attentiori vel maiori deliberatiōe impediatur. hō enim qui est in peccato mortali existens habitualiter peccato inheret q̄uis nō semper habeat habitum vitij. qz ex vno actu luxurie habit⁹ luxurie nō generatur. volūtas tamē peccātis de relicto incōmutabili bono: cōmutabili bono q̄si fini adhesit. et huius inhesionis vis et inclinatio manet in ea quousq; iterato bono incōmutabili vt fini adhereat. et ideo quando homini sic disposito occurrit aliquid faciendum qđ precedenti electioni conueniat: repente fertur in illud per electionem nisi multa deliberatiōe seipsum cohibeat. nō tamen per hoc q illud repente sic eligit a peccato mortali excusatur quia deliberatio illa sufficit ad peccatuz mortale: qua perpenditur illud qđ eligitur esse peccatum et cōtra deum. ista autem deliberatio nō sufficit ad retrahēdum eū qui est in peccato mortali. nō enim retrahitur aliquis ab aliquo agendo in qđ inclinat̄ nisi inquantum illud ꝓponitur sibi vt malum. ille autem qui iam bonū incōmutabile repudiauit ꝓ cōmutabili bono: nō iam existimat vt malum a bono incōmutabili auerti in quo rō peccati mortalis ꝑficitur. vnde nō retrahitur a peccando per hoc ipsū q aduertit id esse peccatum mortale: sed oportet vlterius in considerando procedere quousq; perueniat̄ ad aliquid quod non possit existimari non esse malum sicut est miseria vel aliqd hmōi. vnde anteq̄ tanta deliberatio fiat quanta requiritur in homine sic disposito ad vitandum peccatum mortale: precedit cōsensus in peccatū mortale. et ideo supposita adhesione liberi arbitrij ad peccatum mortale siue ad finem indebitū: non ē in potestate eius q vitet omnia peccata mortalia q̄uis vnūquodq; possit vitare si contra nitatur. qz et si hoc vel illud vitauerit adhibendo tātam deliberationem quanta requirit̄: nō tamen potest facere quin aliqñ ante tātam deliberationem preueniat consensus in peccatū mortale cū impossibile sit homini semper aut diu in tāta vigilantia esse quāta ad hoc requirit̄ propter multa in qbus mens hoīs occupat̄ ⁊ propter fomitis corruptionē que a bono retrahit. ab hac aūt dispositiōe nō remouet̄ nisi ꝑ grām per quā solā efficit̄ vt mens humana bono incōmutabili ꝑ charitatem tanq̄ fini adhereat. Pz igitur ex dictis q neq; liberꝫ arbitriū tollim⁹: cū dicamus q liberū arbitriū poterit qđlz peccatum vitare vel facere. nec iterū tollim⁹ gratie necessitatē: cū dicam⁹ hominē in pctō mortali existentē grā destitutū: oīa pctā mortalia nō posse vitare nisi grā superueniat q̄uis possit vitare singula ⁊ hoc ꝓpter adhesionē habitualē volūtatis ad finem inordinatum. q̄ duo cōparat Aug. curuitati tibie ex qua sequitur necessitas claudicādi. Sic etiā verificant̄ doctorū sentētie q̄ circa hoc varie vident̄. quoꝝ q̄dam dicūt hominē absq; habituali grā gratum facientē posse pctm̄ mortale vitare q̄uis non sine diuino auxilio quo hoīem sua ꝓuidētia ad bona agēda et mala vitāda gubernat. hoc enī verū est cū cōtra pctm̄ conari voluerit. et ex hoc cōtingit vt possit singula vitare. Alij vō dicūt q nō pōt hō sine grā diu stare qn peccet mortaliter. qđ quidez verū est quantū ad hoc q nō diu cōtingit hominē esse habitualiter dispositū ad peccandū quin occurrat sibi repente aliqđ operādum in quo ex inclinatiōe mali habitus labat̄ in cōsensum peccati mortalis: cum nō sit possibile hoīem diu esse vigilem ad hoc q sufficientem solicitudinē adhibeat ad vitandum peccatum mortale. hec ille.

Quarto notandū est q hō per seipm̄. i. proprie volūtatis arbitrio pōt impedimentū prestare ne grām dei recipiat. et hoc dupliciter. vno mō pctm̄ mortale ꝑpetrando. alio mō ad deū nō se cōuertendo. primo mō iterū dupl'r. pmo qz pctm̄ cōmissum ⁊ grām abijcit: et mēti inherendo grē dei resistit. secūdo qz post peccati cōmissionē nō est oīno i potestate hoīs nullū impedimentū grē dei p̄stare. qm̄ et si ad momentū vel ad modicū tempus hō possit ꝓpria potestate ab actu pctī abstinere: diu tm̄ sibi relict⁹: stare nō pōt quin iterū in pctm̄ cadat per qđ grē impedimentū prestat̄. vñ nō est i potestate hoīs in pctō existis ipedimētū grē dei nō p̄bere. nihilomin⁹ tm̄ ad culpā illi iputat̄ q grē dei ipedimentū p̄stet et q in ei⁹ potestate non sit huiuscemodi ipedimentū non prestare. tm̄ qz hic defect⁹ ⁊ ista ei⁹ impotētia: ex culpa p̄cedente in eo relinquit̄ vel originalis pctī vel quam ipe postea adiecit. sicut ebri⁹ ab homicidio qđ ꝑpetrat non excusat̄ etiā si ob ebrietatē in eius potestate nō fuerit homicidium nō incurrere. qm̄ culpa sua fuit ebriū se et mente alienū fieri. tm̄ etiaz qz licet

ctũs ĩ pctõ nõ habeat in ꝓpria potestate ꝙ peccatũ omnino vitet: hꝫ tñ arbitrij potestatẽ nunc vitare hoc vel illud pctm̃. vñ quodcũqꝫ cõmittit volũtarie cõmittit ac per hoc merito imputatᷣ ei ad culpã. põt secundo hõ ꝑ liberũ arbitriũ seipm̃ impedire ne grãm a deo recipiat ꝑ hoc ꝙ ad deũ nõ se conuertit. quẽadmodum impedimẽtũ sibi prestat ne solis lucẽ videat q̃ ad solis radios oculos nõ conuertit. et q̃uis hõ nequeat cõuerti ad deũ sine auxilio dei speciali hoiem cõuertẽte ꝭm illud. Jo.6. nemo põt venire ad me nisi pater q̃ misit me traxerit eũ: iuxta quod ꝓpheta orabat threnorum vltimo. cõuerte nos dñe ad te ⁊ conuertemur: quia tñ dei auxiliũ nulli deest sꝫ est presto omnibus indigentibus ꝭꝫ illud apoca. 3°. ecce sto ad ostium ⁊ pulso si quis audierit vocẽ meam et aperuerit mihi ianuã: introibo ad illum ⁊ cenabo cũ illo ⁊ ipe mecum: ideo homini imputatᷣ ad culpam ꝙ impedimentũ prestet grẽ dei ad deuꝫ nõ se cõuertendo. sicut eñi sole mundũ illuminãte ad culpam imputatᷣ ei qui oculos claudit si ex eo defectũ aut nocumentũ incurrat lꝫ videre nõ possit nisi lumine solis preueniatᷣ: ita et deo q̃ʒtũ est ex se cõuertente ⁊ illuminante oẽm hominem venientẽ in hũc mundum: ad culpam imputatur illi q̃ mẽtis oculos claudit et a deo auertit ꝙ deũ nõ videat ⁊ impedimentũ ei⁹ illuminatiõi que ẽ per gratiam prebeat. vult eñi de⁹ vt Apostolus inquit. pª ad thimo. 2°. oẽs homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. vñ omnibus ꝓposita sunt precepta viuẽdi et cõsilia ꝑficiendi. omnibus custodia iterior ⁊ exterior et plura alia auxilia tradita sunt ꝑ que occasiões peccãdi diuina ꝓuidentia tollũtur ⁊ prouocantia ad peccatũ cõprimuntᷣ. Huic cõsonat qđ Aug. respõdet hominib⁹ q̃relam ꝓponentib⁹ de ignorãtia et difficultate ex pmi hois pctõ traiectis libro de nã ⁊ grã ca° 67. ait eñi. quibus breuiter inquã respondetᷣ vt quiescãt ⁊ aduersus deũ murmurare desistãt. recte eñi fortasse q̃rerentur si errorũ ⁊ libidinis nullus hominum victor existeret. cũ vero vbiqꝫ sit p̃sens q̃ multis modis ꝑ creaturã sibi dño seruientẽ auersum vocẽ doceat credentẽ cõsoletur sperantẽ diligentem adhortetᷣ conantẽ adiuuet exaudiat deprecantem: nõ tibi deputatᷣ ad culpã ꝙ inuitus ignoras sꝫ ꝙ negligis querere qđ ignoras. neqꝫ illud ꝙ vulnerata mẽbra nõ colligis: sꝫ ꝙ volentem sanare contemnis. Et lꝫ his ⁊ pluribus alijs auxilijs liberũ arbitrium nostruꝫ a deo cõuertatur in bonum: non ideo sequitur ꝙ cõuersio hominis ad deum vel in bonum non sit opus liberi arbitrij. est siquidem: nam et liberum arbitriũ se sua sponte conuertit. vnde et homini precipitur a domino per prophetam dicentem. conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et cetera. et iterum cõuertimini ad me et ego cõuertar ad vos. sed huiusmodi liberi arbitrij conuersio: non est nisi deo preueniente iuuante ⁊ cõuertente ꝭm illud. Jere. 31. conuerte me domine et conuertar quia tu domine deus meus. et threnorũ vltimo. conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur. Accipiuntur predicta ex dictis Sãcti Thome contra gen. li. 3° ca° 159. et. 160.

Quinto Notandum est ꝙ vbi Sãctus Thomas dicit ꝙ homo in statu post peccatum sine gratia habituali potest vitare singula peccata mortalia q̃uis nõ omnia: debet intelligi de singulis peccatis oppositis preceptis decalogi que sunt precepta iuris nature non de singulis peccatis oppositis preceptis que dantur de actibus charitatis aut preceptis que sunt iuris diuini sicut sunt p̃cepta de sacramento eucharistie suscipiendo vel celebrando. nam istorum singula homo vitare nõ potest sine gratia habituali sicut de peccatis oppositis p̃ceptis charitatis. S. Tho. scribit. pª 2ᵉ. q. 100. arti. 10. in cor. et ad vltimũ. vbi tenet ꝙ isti act⁹ charitatis diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et cetera. et diliges ꝓximum tuum sicut teipm̃ de quibus precepta dãtur. deutero. 6. et mathei. 22°. impleri non possunt sine charitate. ex quo sequitur ꝙ neqꝫ peccata illis opposita vitari possunt absqꝫ gratia ⁊ charitate. Et hoc tenet. S. Tho. pª 2ᵉ. q. 63. arti. 2°. ad. 2ᵐ. Idẽ tenet. 2ª 2ᵉ q. 44. arti. p°. ad. pᵐ. et. arti. 4° ad pᵐ. Rursus vbi. S. Tho. tenet in hac distinctiõe arti. 3°. Et. pª 2ᵉ. q. 109. arti. 4°. ꝙ hõ potest implere precepta legis quantum ad substantiã operis seu quantũ ad id quod directe cadit sub precepto: debet intelligi de preceptis decalogi non de preceptis charitatis que inter precepta decalogi non computantur ꝓut ipse notat. 2ª 2ᵉ. vbi supra ad. 3ᵐ. nam duo precepta charitatis ipleri non possunt sine gratia et charitate etiam quãtum ad id quod cadit sub precepto. eo ꝙ in ipsis duobus preceptis non solum substantia actus. i. ipe act⁹ dilectiõis cadit sub p̃cepto: sed et mod⁹ charitatis q̃ implicatur cum dicitur in pmo precepto ex toto corde ⁊c. et in secũdo precepto cũ dicitur sicut teipsum prout accipitur ex dictis. S. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 44. arti. 4°. et. 5°. et. 7°.

Sexto Notandum est pro declaratione quinte conclusionis ꝙ

vt accipi potest ex dictis. S. Tho. et ꝓsertim de veritate questione. 24. ar. 14° et. 15° in cor. Et pᵃ 2ᵉ q. 109. ar. 2°. ad. pᵐ. volũtas hominis que est illi principium operandi: nõ est determinata per naturam suam ad aliquam vnã operationē quẽadmodum alie res naturales: sed se hꝫ indifferenter ad operatiões multas eo ꝙ sit liberi arbitrij. ꝓpter quam indifferentiam volũtas quãtum est ex se: est in potẽtia ad agendum. id autẽ quod est in potẽtia ſm se: necessario indiget aliquo mouente ⁊ reducente ipm ad actum. mouetur aũt voluntas hominis quantum ad specificationem actus ⁊ ab obiecto ⁊ ab itellectu illud ꝓponente. quantum vero ad exercitiũ act⁹ mouetur voluntas et a deo ⁊ a se sicut dictũ fuit supra dis. 25. verũtamen quia est de se indifferens ad vtrũꝫ: non potest primo et de nouo a se moueri presertim ad actus liberi arbitrij ad quorum nullum naturaliter ⁊ de se est determinata. oportet igitur ꝙ moueatur a deo qui est eius ꝓncipium ⁊ primum motiuũ potens voluntatem directe ad aliquid inclinare qđ non potest aliqua creatura alia a se. mouet̃ autem volũtas a deo et interius operando multipliciter vt Augu. deducit i libro de gratia ⁊ libero arbitrio: et exterius voluntatẽ ad bonum excitando multis modis ⁊ occasionibus ſm ꝙ iudicat hominũ saluti cõuenire. huiuscemodi autem motus ⁊ interiores et exteriores per diuinam misericordiam ac per hoc gratuito hominibus moderant̃ alijs sic alijs quidem alit̃. et licet homo sit dñs suorum actuum ⁊ volendi ⁊ et non volendi ꝓpter deliberationem rationis q̃ potest flecti ad vnam partem vel ad aliam: quia tamen ꝙ deliberet vel nõ deliberet: reducitur finaliter in principium motiuum liberi arbitrij qđ est deus. et hoc philosophus cognouit sicut apparet ex eius libello de bona fortuna. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ sensus quinte conclusionis ſm mentem. S. Tho. nõ est ꝙ homo in statu nature integre. i. in puris naturalibus idigeat necessario speciali et gratuito dei auxilio de propinquo mouẽte ad oẽs et singulos actus moraliter bonos explendos. sed est sensus ꝙ vita hominis duci non potest recte moraliter etiam in statu nature itegre sine auxilio dei speciali et gratuito mouẽte. s. et iuuante vel mediate vel imediate aut de propinquo vel remote. et ideo notanter dictum est in cõclusione. ad recte viuendum moraliter. i. ad vitam moraliter bonam ducendam: quod multis ⁊ varijs actibus fit. nam ad aliquos actus moraliter bonos per agendos: voluntas sufficit in statu nature integre absq₃ auxilio dei speciali mouente et iuuante de propinquo: cum eius tamen auxilio ⁊ motione generali ad illos. s. qui dependent et deduci possunt ex prioribus actibus vel motibus ad quos speciali et gratuito dei auxilio hominis voluntas mouetur. qm̃ voluntas sic specialiter a deo mota potest seipam mouere cũ solo auxilio dei generali ad alios actus vel consimiles vel ex eis deductos. vt enim. S. Tho. inquit pᵃ 2ᵉ q. 9. ar. 3°. ad. pᵐ. voluntas inquantũ actu vult finem: reducit se de potentia in actum respectu eorum q̃ sunt ad finem vt. s. actu ea velit. Et simili mõ dicendum est ꝙ per hoc ꝙ aliquid vult vel ad aliquid mouet̃ ex speciali et gratuita dei motione: reducit se de potẽtia ad actum ad hoc ꝙ alia velit ⁊ ad alia moueatur q̃ ex illo ꝑmo depẽdẽt vel deduci possunt sine nouo speciali auxilio de ꝓprimo mouente. Et ꝙ iste sensus cõclusionis fuerit de mẽte. S. Tho. ex eo apparet q₂ pᵃ 2ᵉ loco ꝓ cõclusione allegato ad. pᵐ ꝓbat ꝙ hõ est dñs suorum actuũ per liberum arbitrium ꝓpter deliberationem rõnis que potest flecti ad vnam partẽ ⁊ ad aliã q₂. s. in eius potestate est ꝙ deliberet vel nõ deliberet. que determinatio est ꝑ deliberationem precedentem ad quã se determinat per aliã priorem deliberationẽ. sed q₂ non ẽ procedendũ in infinitum: oportet inquit ꝙ finaliter deueniatur ad hoc ꝙ liberum arbitriuꝫ hominis moueat̃ ad deliberandũ ab aliquo exteriori ꝓncipio qđ est supra mẽtem humanam. s. a deo. vbi apparet de mente. S. Doctoris. ꝙ volũtas hominis aliquos act⁹ deliberatiuos hr̃e p̃t ex se q̄uis a deo spãli motiõe ꝑmordialiter moueat̃. Idẽ in sentẽtia dicit supra. q. 9. ar. 4°. vbi docet voluntatẽ hominis moueri speciali motione a deo non semꝑ ad eius act⁹ bonos sed qñ volũtas incipit aliquid velle cũ pri⁹ non vellet. et ibidem ad. 3ᵐ dicit. volũtas quantum ad aliquid sufficienter se mouet ⁊ in suo ordine. s. sicut agẽs ꝓximum: sed non põt seipam mouere quantũ ad oia. vñ indiget moueri ab alio sicut a ꝑmo mouente. hec ille. Nec valet dicere ꝙ loquit̃ de motiõe primi mouentis generali. qm̃ sine hac ad nichil voluntas mouere se põt. cũ ergo dicat. S. Doc. ꝙ ad aliqđ sufficiẽter se mouet sed quãtũ ad oia indiget moueri a primo mouente: manifestũ est ꝙ loquit̃ de motiõe ei⁹ speciali. Itẽ prima pte. q. 82. ar. 4°. ad. 3ᵐ. principiũ inq̃t cõsiliandi est aliqđ intellectiuum principiũ altius itellectu nr̃o qđ est de⁹. vbi non dicit oẽ cõsilium sed principium cõsiliandi: inuẽs ꝙ aliq̃ cõsilia põt hõ ex se hr̃e absq₃ speciali et gratuita dei motiõe postq̃ꝫ ꝑ talẽ dei motionẽ habuit ꝓncipiũ consiliandi. et videt̃. S. D.

in supradictis locis loqui de hoie fm id qd ei cōuenit ex nā sua .i. cōsiderato in puris naturalib⁹. vñ. p⁹ 2ᵉ. q. 109. ar. 8ᵒ tenet q in statu nature integre poterat hō sine gratia habituali vitare pctm̄ mortale ꝛ veniale: non tñ id poterat sine auxilio dei in bono conseruātis quo subtracto et ipsa natura in nichilū decideret. huiuscemōi aūt auxiliū nō videt̄ esse speciale sed gn̄alis influentie cū nulli creature denegef. Preterea de. ve. q. 24. ar. 15ᵒ in cor. volens pbare q sine speciali ꝛ gratuito dei auxilio hō non pōt se preparare ad habendā grām gratū facientē: vtitur tali rōne. impossibile est hominem incipere aliqd velle de nouo nisi sit aliqd qd ipsum moueat. et parū infra concludēs ait. et sic cum hō ad grām se incipit preparare de nouo suam voluntatem conuertendo ad bonuz opz q ad hoc inducat̄ aliquibus exteriorib⁹ occasionibus vt pote exteriori admonitione aut corporali egritudie aut aliquo hmōi. vel aliquo interiori instinctu fm q deus in mentib⁹ hominuz operat̄. vel etiā vtroqꝫ mō. hec aūt omnia ex diuina misericordia homini pūidentur. et sic ex diuina misericordia cōtingit q hō se ad grām preparet. hec ille. vbi nō dicit q impossibile ē hominem aliqd velle nisi aliquo ipm mouēte: sed dicit q impossibile est hominē incipere aliqd velle de nouo. et pariī nō dicit q opz q hō inducatur aliquib⁹ exteriorib⁹ occasionibus a deo pūisis cum se incipit ad grām pparare de nouo. Itaqꝫ mēs S. Tho. est q hō in statu nature integre i puris scꝫ naturalib⁹ non pōt oēs act⁹ moraliter bonos absqꝫ auxilio dei spāli et gratuito pficere quantū ad oēs .s. circūstantias ad bonitatē moralē reqsitas: q̄uis aliquos agere et explere possit illos. s. qui p quādam cōsequētiam vel dependentiā ex priorib⁹ qb⁹ hō icipit moueri: deduci psit virtute diuine motiōis antecedētis qd est idē dictu ac si dicatur q ad oēs actus moraliter bonos requiritur speciale auxilium dei mouentis: ad quosdaꝫ immediate ꝛ de ppinquo ad quosdā vero remote ꝛ mediate. et cū hac limitatiōe disiunctiua itelligi debet quod. S. Doc. dicit. de. ve. q. 24. ar. 14ᵒ. in. cor. vbi cōcludens inquit. si grām dei velimus dicere nō aliqd habituale donum sed ipaꝫ miam dei per quā interius motū mentis operat̄ ꝛ exteriora ordinat ad hoim salutē: sic neqꝫ vllū bonum hō potest facere sine grā dei. hec ille. sine grā .s. mouente vel imediate et de ppinquo vel mediate ꝛ remote. Predict⁹ cōclusionis sensus cōsonat doctrine bti Augu. dicit eni in libro 7 ponostbicō. ca. p⁹. in principio. neminem posse per se ipm .i. per liberum arbitriū sufficere implere qd velit nisi prothoplastū solum potuisse: cū voluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpaꝫ. et parum infra. deus inquit ab initio fecit hominem ꝛ reliquit illum in manu consilij sui ꝛc. quid est inquit Augu⁹. et reliquit illum in manu cōsilij sui: nisi dimisit eum in possibilitate liberi arbitrij sui: in manu eni possibilitas intelligit̄ arbitrij. ipsa est prima gratia qua prim⁹ hō stare potuisset si seruare mandata dñi voluisset. Nec potest dici q aug. loquitur de primo homine in statu nature integre supposito auxilio dei speciali. nam cum isto dei auxilio non solum primus homo sufficit per liberum arbitrium implere quod velit sed et ceteri homines id possunt quod tñ negat Augustinus. Item libro de correptiōe ꝛ gratia caᵒ. 12. vt ergo inquit non acciperet hoc donum dei .i. in bono perseuerantiam primus homo: sed perseuerare vl̄ non perseuerare in eius relinqueretur arbitrio: tales vires habebat eius volūtas q̄ sine vllo fuerat instituta peccato. et nichil illi ex seipa cōcupiscentialiter resistebat vt digne tante bonitati ꝛ bene viuendi facilitati perseuerandi committeretur arbitrium. nunc vero posteaqꝫ est illa magna peccati merito amissa libertas: etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas. et infra. fortissimo quippe. s. primo homini dimisit atqꝫ permisit facere quod vellet. īfirmis .s. hominibus post peccatum seruauit vt ipso donāte inuictissime quod bonum ē vellent nec hoc deserere inuictissime nollent. hec ille.

Quātum ad articulum quartū respondendum est obiectionibus aduersariorū. Et quidem ad argumenta Durandi cōtra primam cōclusioneꝫ respondemus q nō militant cōtra cōclusionem. nā non aliud omnia concludunt q̄ꝫ q sine habitu infuso ꝛ sine gratuita ac supernaturali illustratione assentire possumus qualicūqꝫ assensu veritatibus supernaturalibus: nō tamen pbant q pfecte possumus illis assentire sicut tenet conclusio. pfecte aūt assentire est firmiter ꝛ faciliter ac delectabiliter ꝛ discrete assentire. et isto modo. S. Tho. intellexit vbi allegatū est pro cōclusiōe ꝛ vbicūqꝫ de ea re loquitur. Unde. 3ᵒ sen. dis. 23. q. 3. arti. 3ᵒ. sub. ar. 2ᵒ. sic ait. habitus fidei infusus in duobus nos adiuuat. s. vt credamus que credenda sunt: et vt eis que non sunt credēda nullo modo assentiamus. primum aut ē homo potest ex ipsa extimatione sine habitu infuso. sed secundū .s. vt

homo q̄ alius qd̄ nullus dicit, et ē cōtra p̄hm in predicamētis et vbicūq; loquit de hac mā. ¶ 2° ad idem q2 si in formis substātialib9 esset talis gradus: hoc esset vel ex pte subiecti vel ex pte agentis vel ex pte dispositionū p̄cedentiū vel cōcomitantiū introductionē forme sbalis in materia. nō ex parte subiecti: q2 mā in qua imediate recipit forma sbalis cuiuslibet rei generabilis et corruptibilis nō hēt grad9 inequalitatis rōne quoꝝ possit esse inequalitas in formis. nec scd̄o ex parte agētis: q2 diuersitas agētis vel esset fm spēm vel fm numerū. si fm spēm illa p se non causaret diuersitatē nisi fm spēm et nō fm magis et min9 in specie eadē de qua nūc q̄rimus. si vero diuersitas agētū esset solū fm numerū: vel illa agentia essent equalia: et sic nō causarēt nisi equales effectus. vel essent inequalia et differētia fz magis ꝛ min9: et tūc q̄rendū ess3 d̄ causa isti9 differētie. q2 vel ess3 ex pte subiecti vel ex pte agētis vel dispositionū sicut prius et p̄cedit in infinitū qd̄ est inconueniēs. nec tertio hoc eēt ex diuersitate dispositionū ex qua causa tenētes oppositū sumūt p̄babili9 argumentum dicētes q actiuoꝝ sunt i patiē te bene disposito. ppt qd̄ cū mā plus et min9 disponat: recipit in ea forma pfectior vl' iperfectior. vnde in corpe min9 disposito recipit ignobilior aīa vt dicūt et in corpe meli9 disposito nobilior. Istud aūt nō valet. q2 si ex pte dispositionū esset inequalitas formaꝝ sbaliū: nō min9 imo magis esset ex pte dispositionū existētiū in mā cū forma q̄ ex parte dispositionū p̄cedētiū introductionē forme. q2 ille corrūpunt in aduētu forme sicut earum subm. nūc est ita q ex parte dispositionū cōcomitantiū formā in mā: non pōt argui neq̄litas formaꝝ sbaliū. alioquin cū in eodē supposito pro alio et alio tpe sint dispositiones ineq̄les: sequeret q alio et alio tpe eadē forma sbalis ess3 nobilior et ignobilior qd̄ ē absurdū. ergo ex pte dispositionū nō pōt argui talis inequalitas formarū. ¶ 2° ad idē et ē cōfirmatio p̄cedētis. q2 dispositiones materie nō redūdāt in formā q̄ nō educit de potētia materie nisi forte q̄3m ad operationes in quib9 indiget materia seu corpe. sed aīa humana ponit esse naturalis forma q̄ nō depēdet q̄3m ad esse a mā nec a corpe. nec educit de potētia materie quāuis depēdeat a corpe q̄3m ad aliq̄s operationes sensitiuas et vegetatiuas. ergo ex diuersitate dispositionū materie vel corporis potest solū argui diuersitas animarū q̄3m ad predictas operationes et nō q̄3m ad earū essentias. Hec Durād9 ¶ Cōtra eandem cōclusionem arguit Henric9 3° quodlibet. q. 5a. vbi sic dicit. triplex est genus forme. vnū pure spūalis nihil materie vt essētia angeli. secundū pure corpalis nec a mā separabilis vt forme materiales. tertiū pure spūalis materie vnibilis et tamē a mā separabilis vt anima rationalis. q̄3m ad primū genus forme d̄terminatur q̄stio. 8°. metha9. q queadmoduz in numero non est magis et min9: nec in suba q̄ est quasi forma nisi sit suba q̄ sit cū materia. vnde dicit cōmentator q sicut forma numeri nō suscipit magis et minus: ita nec forma subalis. non enim est homo vnus maior humanitatis q̄ alius fm formā. Si fuerit: erit hoc fm q forma ē in mā. ex quo patet q si plura supposita angeloꝝ sint sub vna spē quod tamē p̄hs nō ponebat oportet ea omnino equalia esse: cū rō speciei in indiuisibili cōsistat et in quolibet sit totū esse spēi et p cōsequēs omnes p̄prietates spēm cōsequētes. vnde si differāt hoc erit p proprietates a causa exteriori collatas vt plura dona grāꝝ vni collata q̄ alteri. qd̄ licet p̄hs nō cōcederet: nobis nullū incōueniens ess3. p omnia videt idem esse dicendū in aīabus rōnalib9 quāuis corporibus vniant. totū enim esse spēi in quolibz supposito anime cōsistit. et q̄libet anima nō aliud q̄ ipsa spēs esse videt. nec obstat q nō nisi in corpe creant. tum q2 de9 posset ipsas extra corpa creare. vnde q accipiāt esse suum in corpe: accidit eis. tum q2 indiuiduatio non fit p aliquid accidētale realiter diuisum a spē. ¶ Contra eandē cōclusionem arguit Bernard9 de gānaco ibidem. quia si vna aīa sit nobilior alia i substātialibus: aut hoc esset q̄3m ad sbalia pertinētia ad spēm: aut q̄3m ad pertinentia ad indiuiduum. sed nec sic nec sic. igitur nullo modo. minor probatur et primo quo ad primā sui partem. tum q2 quicquid de substātialib9 pertinentibus ad spēz pertinet ad vnam animarū: pertinet ad quācūq3 aliam. et ideo nichil de substātialibus spēi potest habere vna anima qd̄ non habeat alia. Tum quia essentia spēi in indiuisibili consistit. et ideo si vna anima sit nobilior alia in his que pertinēt ad speciem: mutabit primam speciem sicut vnitas addita ternario mutat speciē ternarij. ergo ille due anime non essent eiusdem speciei quod patet esse falsum. Tum quia cum non sint ponendi gradus in forma substantiali: nichil essentiale potest esse in vna anima quod non sit in alia. et sic omnes anime sunt equalis nobilitatis quantum ad omnia que pertinent ad speciez siue sint essētialia siue accidentalia per se pūa speciem. Secūdo p̄batur eadem minor si loquamur de aīabus q̄3m ad pfectionem essentialē et sbalem quā hñt in indiuiduo q vna aīa non sit pfectior alia. q2 indiui-

dua nō addunt aliqd subale supra spēm. non formam: qr forma specifica ē vltima forma. vñ sortes nō addit sup̄ hominē aliquā formā subalem. qr forma hominis vñ homo ē: est aia rōnalis et hec eadē est forma sortis. ergo cū vna anima nō sit nobilior alia in subalib⁹ ptinētib⁹ ad spēz: nec erit etiā in subalib⁹ ptinentib⁹ ad indiuiduū. eadem eni subalia ptinēt ad spēm et ad indiuiduū. ¶2° arguit. qr si darek oppositū: hoc maxime videret de aia xpi. sz hoc nō debet mouere. qr aia xpi q̄ntū ad subalia aut essentialia directe non est nobilior alijs sed in hoc q̄ assumpta est ad eē diuinū et substātificata in supposito diuino: et sic nobilior ē etiā q̄ angelus. sed hec nobilitas nō ē ei essentialis sicut nec assumptio. nec omnino accidentalis. qr assumpta ē ad eē diuinū. eē aūt sbale nō est omnino accidēs imo reducik ad gen⁹ eēntie cui⁹ ē eē. Scdo qr corp⁹ cui vnita fuit: fuit optime dispositū q̄ntū ad dispositiones q̄ respiciūt aiaz inq̄ntū est forma corpis. qr quantuz erat de se diu poterat viuere. et q̄ntū ad dispositiones q̄ respiciunt aiam inq̄ntū est motrix corpis. qr corpus illud fuit optime dispositū ad oia opa anime. et ista fuit bonitas naturalis in q̄ xp̄s excessit oēs hoies alios vt credit: secūda fuit bonitas supnaturalis in dono grē. ꝛ sic nō incidim⁹ in articulū parisieñ. qr simpliciter dicimus aiam xpi nobilio zez omni alia aia illo triplici modo predicto.



Uantum ad articulum tertiū notādū est prout S. Tho. notat in hac dis. ar. 3°. ad p̄mū. Et p̄ma pte loco p̄ cōclusiōe allegato ad. 3ᵐ. Et ɔtra gen. loco p̄allegato: q̄ nō q̄libet formarū diuersitas facit diuersitatē s̄m spēm. ē eni duplex formarū diuersitas. vna q̄ est forme p̄ se sz id qd ad rōnez forme ptinet: et talis forme diuersitas diuersitatē spēi inducit. alia ē diuersitas forme q̄ non ē s̄m aliq̄d ad rōnem forme ptinens p̄ se sed ex diuersitate materie resultās. semp eni oportet materiā et formā adinuicem esse p̄portionata et q̄si naturalik coaptata eo q̄ p̄prius act⁹ in p̄pa mā et potētia fiat. put docet phs. 2° de aia. et huius signum accipi pōt ex aiatis diuersoꝶ generū. naz vnūquodq̄ inuenik tāto gen⁹ aie nobili⁹ participare quāto ei⁹ corp⁹ ad nobili⁹ gen⁹ cōplexionis pertingit: sicut in hoibus brutis ꝛ plātis apparet. et huiuscemodi forme diuersitas spēm nō diuersificat. et talis diuersitas repitur in aiabus rōnabilibus. quāto eni corp⁹ meli⁹ est dispositū et cōplexionatū: tāto hēt pfectiorē aiam ꝛ nobiliorē non solū q̄ntū ad efficaciā opationū: sed etiam q̄ntū ad corpoꝶ informationē et actuationē. pfecti⁹ enim participak aia a corpe melius disposito et magis ab illa actuak q̄ a corpe min⁹ bene disposito. ppk qd phs dicit. 2° de aia. q̄ molles carne: aptos eē mente videm⁹. carnis nāq̄ mollicies eq̄litatez ꝛ bonitatē arguit cōplexionis. ¶Sed aia aduertendū est q̄ diuersitas materie duplicik pōt accipi in corpe humano. vel s̄m ptes spēi. i. specie seu formalik differētes q̄les sūt man⁹ pes caput et similes: et talis diuersitas p̄uenit ex pte forme cum ipsam spēm cōsequak. nā ex hoc q̄ aia ē talis forma. s. multiplex v̄tute: necessario requirit corp⁹ huiuscemodi ptes hñs organicas. Alio modo accipik diuersitas materialis ex p̄ncipijs indiuidualibus causata q̄ ad spēm nō ptinet sed ad indiuiduū p̄tale: et ista diuersitas redūdat ex mā in formā. sicut eni ex vnione anime ad corp⁹ et vl'r materie ad formā forma indiuiduak et fit hec subaliter. put lati⁹ deductū fuit supra dis. 3ᵃ. q. p°. sub diuersis notabilib⁹ ita et ex vnione ipsa resultat in aia et vl'r in forma grad⁹ q̄dā indiuidualis sz pfectionē. ita q̄ ex diuersis corpib⁹ diuersimode dispositis diuersos gradus perfectionis idiuiduales tamen: aie corpibus vnite acquirūt. huiuscemodi aūt gradus indiuiduales nō solū sunt accidētales sz etiā subales. alias ipa indiuidua q̄ per eos distigūik et in esse indiuiduali ac psonali cōstituunk: nō essent p̄ se ꝛ directe in p̄dicamēto substātie reposita qd falsuz ē cū ipsa dicātur a ph'o in predicamentis ~~prime~~ et maxime sube. et de his plura latissime dicta fuerūt loco p̄allegato dis. 3ᵃ vide illa qr multū faciūt ad declarationē nostre presentis questionis. prime



Uantum ad articulū quartū rñdēdū ē obiectiōnib⁹ in cōtrariū. Et q̄dē ad p̄mū Durādi negak minor cū sua probatione. nā diuersitas grad⁹ s̄m itēsionē p̄pe loquēdo attēdik i eadē forma numero q̄ nūc itēsius nūc min⁹ itēse participak a subo. in formis aūt diuersis numero in q̄rū q̄libz nō est accipe magis et min⁹ respectu sui subi: nō ē dare grad⁹ sz intēsionē quāuis se habeāt adinicē sicut pfecti⁹ et iperfecti⁹ et nobili⁹ et ignobili⁹. vñ i numeris diuersis ē dare pfecti⁹ et iperfecti⁹. pfectior eni habek numer⁹ senari⁹ et denari⁹ q̄ q̄nari⁹ et binari⁹. et tñ in numeris nō ē dare grad⁹ s̄m intēsionē. qz eni cōsistit in puncto indiuisibili prout phs docet. 8° metha⁰. licz ergo plures aie humāe differāt sz pfecti⁹ ꝛ ipfecti⁹ et nobili⁹ et ignobili⁹

quia tñ huiuscemodi grad⁹ pfectionis nõ attēdū
tur in eadē aīa numero: cõcedi nõ debet ꝙ sint in
eis grad⁹ ſm intēsionē. ¶ Ad. 2ᵐ dr̃ ꝙ talis gra-
dus pfectionis ꝯueniūt in aīab⁹ et in formis sbā-
lib⁹ eiusdē speciei ex pte subiecti et dispositionuꝫ
pcedētiū et cõcomitantiū introductionē forme ī
mā. et ad hui⁹ improbationē respõdet pmo ne-
gãdo ꝯñaꝫ. qm̃ nobilitas et ignobilitas aīarū ma
gis depēdet ex subiecto cū dispositionib⁹ pceden
tibus et cõcomitantib⁹ ei⁹ introductionem q̃ꝫ ex
dispositionib⁹ postea aduenietib⁹. qm̃ ex illis dis
positionib⁹ cū subiecto: ꝺpēdet aīe indiuiduatio
nõ exīstis q̄ ī īdiuiduis frequenter variant. et rõ
differētie est. qm̃ dispositiones pcedētes que ne-
cessitãt ad introductionem forme sbālis in mate
riā et dispositiones q̄ simul cū forma introducun
tur: faciunt dispositiue ꝙ aīa seu forma subālis sit
ꝓpa et adequata materie in qua recipit cū attin
gant ad vltimū gradū dispositionis quā talis for
ma exigit in materia. qđ nõ faciunt dispositiones
q̄ postea in cõposito subsequunt et variant. Ne
q̃ꝫ obstat ꝙ dispositiones pcedētes in mā corrū-
punt in forme introductione: qꝛ nichilomin⁹ ne-
cessitãt ad formã et ipam attigunt eo ꝙ pus na-
tura sit introductio forme q̃ꝫ dispositionū corrup
tio. ac p hoc causa eē possunt determinationis et
indiuiduationis forme in materia. Respõdet se-
cundo p interēptionē minoris. nõ eni reputam⁹
incõueniēs ꝙ eadē forma sbālis alio et alio tēpo-
re sit nobilior et ignobilior q̃ꝫᵐ ad nobilitatem q̄
ex dispositionib⁹ materie illi ꝯuenit: ꝗcq̇d sit de
nobilitate quã a pma forme introductione ī ma-
teriā simul cū indiuiduatione acq̇rit. nã istã neq̄-
q̃ꝫ amittit sicut nec indiuiduationē aut eē quãtū-
cūq̃ꝫ dispositiones cõcomitantes varient. ¶ Ad
3ᵐ dr̃ ꝙ si redūdare sumit ꝓ aliq̇d facere vel cau
sare vt arguēs pretēdit. maior ꝓpositio ē falsa.
licet eni aīa humana nõ depēdeat simplicit a mā
q̃ꝫᵐ ad esse qꝛ põt hr̃e esse a materia separata: de
pēdet tñ a mā q̃ꝫᵐ ad indiuiduationem et q̃ꝫᵐ ad
sui eē receptionē. nõ eni creat nec esse recipit nisi
in mā et naturalit ē forma materie et pfectioneꝫ
speciei habet simul cū mā ita vt a mā separata ꝺ-
ficiat a sui pfectione. et ideo respectū et aptitudi-
neꝫ hēt ad corp⁹. vñ argūᵐ in falso fundat. ¶ Ad
argumētū Henrici cõtra eandē cõclusionē dr̃ ꝙ
ꝓcedit ex falso fundamēto. ꝙ. s. angel⁹ et aīa rõ-
nalis sint pares in spūalitate. hoc ãt falsum ē. qm̃
angel⁹ ē sūba spūalis materie nõ vnibilis vt for-
ma. aīa vero licet sit sbā spūalis qꝛ nõ ꝯposita ex
mā et forma: ē tñ ex nã sua materie vnibilis et eē
suū ac pfectionē sue spēi recipit in mā. quãobreꝫ

a mā recipit nobilitatē vel ignobilitatē ꝓ diuersi
tate dispositionū. vñ falsum ē ꝙ q̄libet aīa indiui
dua nõ aliud sit q̃ꝫ ipa spēs. sicut et falsū ē de q̄cū-
q̃ꝫ indiuiduo ex mā et forma cõposito. et licet aīa
nõ sit cõposita ex mā et forma: qꝛ tñ est naturalit
forma materie: a mā hēt aliq̇d qđ addat sup̄ spēꝫ
Neq̃ꝫ obstat ꝙ de⁹ posset creare aīas extra cor-
pora. tū qꝛ illud esſꝫ ꝯ nãm aīaꝝ quã nūc habent.
tū etiã qꝛ licet extra corpa crearent: sꝫ ad corpa
haberēt ordinē et aptitudinē. eo ꝙ sicut dictū est
ex nã sua sunt forme corpoꝝ ⁊ apte nate corpib⁹
vniri. ¶ Ad argumēta Bernardi de gãnaco con
tra eandē cõclusionē. Ad pmū negat minor q̃ꝫᵐ
ad secūdã pteꝫ. imo vna aīa ē nobilior alia in sbā-
lib⁹ q̃ꝫᵐ ad ptinētia ad indiuiduū. neq̃ꝫ valet hu-
ius iprobatio qm̃ falsuꝫ assumit. nã īdiuidua spe-
ciei humane ꝺ qb⁹ est sermo: addūt sup̄ spēꝫ māꝫ
signatã q̄ est illis q̇d sbāle. et licet aīa sit forma tm̃
qꝛ tñ in se recipit a mā indiuiduationē ⁊ determi
nationē sue substãtie: põt q̃ꝫᵐ ad ei⁹ sbālia eē no-
bilior vel ignobilior alia aīa manēte earū parita
te q̃ꝫᵐ ad rõneꝫ spēi. ¶ Ad. 2ᵐ dr̃ ꝙ assumptū est
falsū. s. ꝙ aīa Christi ñ sit nobilior alijs aīab⁹ q̃ꝫᵐ
ad substãtialia indiuidui etiã ꝓpt rõneꝫ assūptio
nis. fuit eni creata in nobiliori et meli⁹ disposito
corpe q̃ꝫ aīe ceteroꝝ hominū. ac p hoc vnio ipsi⁹
ad corp⁹ et ei⁹ indiuiduatio dignior ē atq̃ꝫ nobi-
lior. et hoc ipse arguēs cõcedit. sꝫ fallit putans ꝙ
huiuscemodi dignitas et nobilitas nõ redundet
in sbām indiuiduã aīe qđ falsuꝫ ē, put ex dictis su-
pra distī. 3ᵃ. dictū fuit in notabilib⁹. ¶ Ad arguᵐ
ĩnt cõpositū rñdet. S. T. in hac dis. q. 2ª. ar. 3ᵒ.
ad. 7ᵐ. ꝙ quãuis intellect⁹ sit absolut⁹ a corpore
q̃ꝫᵐ ad ꝓpam opationē q̄ corpali organo nõ ex-
pletur: tñ cõiunctionē hēt ad corp⁹ duplicit. s. ex
parte essentie aīe q̄ forma corpis ē et ex pte infe-
rioꝝ potētiaꝝ ex q̄bus intellect⁹ recipit. et p istū
moduꝫ diuersitas corpis in diuersitatē intellect⁹
redundat. hec ille. ¶ Ad argumētū in oppositum
rñdet. S. Doc. ibidē ad. 2ᵐ ꝙ Gregori⁹ loquitur
de paritate et imparitate q̄ attēdit ſm dominiū
et subiectionē. qꝛ vn⁹ homo ex natura sua nõ ha
bet ꝙ alijs ꝺsietur. vñ pꝫ ꝙ argumētū nõ ē ad op-
positū. hec ille. Et in hoc articulus terminatur.

¶ Distinctio. xxxiij.



Jrca tricesimã tertiã distinctionẽ querit̃ vtruz peccato originali debeat̃ pena sensus. et videt̃ q sic. naz Augustin⁹ dicit de fide ad petrũ. firmissime tene et nullaten⁹ dubites paruulos q̃ sine sacramẽto baptismatis d hoc seclo trãseũt eterno supplicio puniẽdos. sz suppliciũ penã sensibilez notat. ergo paruuli q̃ p solo originali punientur penã sensibilẽ sustinebũt. ¶ Jn oppositũ arguitur sic. qr Aug⁹. dicit penaz paruuloꝝ q̃ originali tm̃ tenent̃: omniũ esse mitissimã. sz hoc nõ essz si sensibili pena torquerẽt̃. qr pena ignis inferni ẽ grauissima. ergo penã sensibilẽ nõ sustinebũt. ¶ Jn hac q̃stione erunt quattuor articuli vt supra.



Uantum ad articulũ primũ sit pma conclusio q carentia diuine visionis est ppa et sola pena origialis peccati p⁹ mortẽ loquẽdo de penis formaliter incpatientib⁹ aut psonã afficientib⁹. qd additur pp carceralẽ paruuloꝝ inclusionẽ q̃ ẽ pena extrinseca. Hãc pclusionẽ tenet. S. T. in hac disti. q. 2ª arti. p⁰. Et in. q. d malo. q. 5ª. ar. 2⁰. ¶ Secunda cõclusio ẽ q paruuli decedẽtes cum solo peccato originali afflictionẽ doloris interioris nõ patiũt̃. Hãc pclusionẽ tenet. S. T. in hac. disti. q. 2ª. ar. 2⁰. Et in. q. de malo vbi supra articulo. 3⁰.




Uantum ad articulũ secũdũ arguit̃ ptra pdicta Et q̃dẽ ꝯ pmã cõclusionẽ arguit Gregori⁹ de arimino dicẽs q illius conclusionis oppositũ sensit Aug⁹. qd pbat pmo ex ei⁹ auctoritate cõmuniter allegata d fide ad petrum ca⁰ 27. firmissime idẽ tene ꝛ nullaten⁹ dubites nõ soluz hoies iã rõne vtẽtes verũetiã puulos q̃ siue i vteri matrũ viuere icipiũt ꝛ ibidẽ moriunt̃ siue iã d matrib⁹ nati sũt sine sacramẽto baptismati qd dat̃ i nomine pris ꝛ filij et spũs scti d hoc sclo trãseũt ignis eterni supplicio puniẽdos. qr et si pctm̃ ppe actionis nõ habuerũt originalis tñ pcti dãnationẽ carnali pceptione traxerũt. cõstat aũt q suppliciũ ignis eterni pena illa ẽ inferni q̃ dr̃ pena sensus ꝛ d q̃ presens currit sensus. Sz ad hãc rõnez inquit dr̃ dupliciter. pmo quidẽ q Aug⁹. hoc locut⁹ est excessiue vt se maxime elõgaret a snĩa hereticoꝝ q̃ in paruulis negabãt omnẽ culpã et p cõsequẽs omnẽ penaz. ideo multũ inquiũt attẽdẽdũ ẽ ꝯ quos scti loquãtur vt habeat̃ eoꝝ intẽtio. sz hec rñsio nullatenus stare põt. pmo q̃dez. qr cũ falsitas falsitate excludi nõ debeat: nec vbi vera fides defendit̃ sit docẽdus error vel falsa snĩa asserẽda: nõ ẽ putandũ q Aug⁹ eximius extirpator errorũ et veridic⁹ fidei defensator ppt quẽcũqz excludẽduz errorẽ dixisset firmiter credẽdũ eẽ pueros ignis supplicio puniẽdos cẽ si hoc falsuz aut nõ recte fidei cõsonuz cristum assz. Secũdo qr in illo libro Aug⁹ ꝯ nullũ errorẽ specialit̃ loquit̃ s cõmunit̃ totius catholice fidei canones tradit cuilibet pmittens. firmissime tene ꝛ nullaten⁹ dubites. ꝛ d oib⁹ i vltimo ca⁰ dicti libri ait. hec. 40. capitula ad regulã vere fidei firmissime ptinẽtia fidelr̃ crede fortit̃ tene veracit̃ patiẽterqz dfende. et si quẽ ꝯtra his dogmatizare cognoueris tãq̃ pestẽ fuge et tãq̃ hereticuz abijce. ita. n. ista q̃ posuim⁹ fidei catholice cõgruũt vt si qs nõ solũ oib⁹ sz etiã singul' voluerit ꝯire in eo q singul' eoꝝ ptumacit̃ repugnat̃ ꝛ his ꝯriũ docere nõ dubitat heretic⁹ et fidei xpiane inimicus atqz ex h oib⁹ catholicis anathematizãd⁹ appareat. hec ille. nõ ãt debz i mẽtẽ alicui⁹ theologi cadere q iter tales regl'as fidei Aug⁹ posuissz aliq̃d falsũ fm significationẽ quã p⁹ facit cõmuniter apd oẽs sicũ i pposito seq̃ret̃ si dicta rñsio cẽt vera ¶ Cõfirmat̃. qr cũ hui⁹ regl'e oppo^m nullibi inueniat̃ ab ecclia dtermiatũ nec i sacra scriptura pdicatũ: q̃ ptãte tu dicis eũ fuisse hoc nõ ppe ꝛ vere s excessiue locutũ: dicet Aug^m similr̃ i alijs regl'is ibidẽ p eũdẽ positis fuisse locutũ excessiue et nõ vt sonãt illas cẽ tenẽdas. s sic dicẽdo nõ ẽ dubiũ itũ enti diligẽt̃ q i multos q̃s laberet̃ errores: iõ scdo ꝛ cõius alit̃ rñdet̃. s. q Augu⁹ ibidez noie ignis gñalit̃ oẽm penã significauit. vñ p ignis eterni suppliciũ: eternã penã nõ sensus s penã dãni itellexit. Sz h rñsio etiã nõ vr̃ posse stare. tũ qr nõ ẽ verissimile q fidei regl'as sub methaphoris tradidissz ꝛ maxime vnã sol' ã. q̃b⁹ ãr alia ibi tradita ppe accipiẽda cẽ vr̃. tũ qr i eodẽ li⁰. ca⁰. 3⁰ simit̃ et similr̃ exprimit penã taliũ pueroꝝ ꝛ dmoniũ ꝛ adulteroꝝ dãnatoꝝ i criminib⁹ morietũ. vñ ait. q̃lr̃ ois male vite ab infidelitate incipit q̃ ab originalis peccati reatu initiũ sumit in quo quisquis ita viuere incipit vt ante finiat̃ vita q̃z ab eius obligatione soluatur. si vni⁹ diei vel vni⁹ hore spatio aĩa illa vixerit in corpe: necesse ẽ eam cũ eodẽ corpe interminabilia gehẽne supplicia sustinere vbi diabol⁹ cum angelis suis in eternũ arsur⁹. ꝛ sequitur. vbi

cū eo fornicarij et idolis seruiētes et c̄. si ante hu-
ius vite terminū a vijs suis malis cōuersi non fue
rint eternis ignibꝰ cōburenť. cū igiť nullus ꝑ sup
plicia gehēne vbi diabolꝰ arsurꝰ est: aut ꝑ ignes
quibꝰ cōburenť alij dānati intelligat cōmuniter
penā qualibet sꝫ determinate penā ignis inferna
lis: nō videť fm mentē Augustini incedi si ꝑ sup-
plicia gehēne inferenda talibꝰ pueris pena dāni
tantūmodo intelligať. ¶ Confirmať. quia pari-
ter alius posset dicere ꝙ ex illis verbis nō posset
haberi ꝙ diabolus aut alij patianť penaꝫ sensus
quod nullus diceret. Et patet assumptū. quia si-
militer de omnibꝰ loquiť Augustinꝰ. ¶ 2°. prin-
cipaliter ostēdiť Augustinū fuisse p̄dicte sentētie
eo ꝙ in hypoñ. respōsione. 5ª. cōtra pelagiū dicē
tem ꝙ infantes decedētes sine sacramēto baptis
matis nō intrāt regnū celoꝝ: habēt tamē vitam
eternā sine omni pena hac sola excepta ꝙ nō sūt
in patria: ex textu euāgelij ꝓbat ꝙ si tales nō ob
tinēt regnū celoꝝ vt fatebať pelagius et verum
est: cōsequēs est vt mittanť cruciādi in ignē eter-
num: vñ ait sic. primū. n. locū fides catholicoꝝ
regnū credit esse celoꝝ. vñ nō baptizatꝰ excipiť.
secundū gehēne vbi omnis apostata vel a fide
christi alienus eterna supplicia experiet. tertium
penitꝰ ignoramꝰ. imo nec esse in scripturis sacris
inuenimꝰ. finge pelagiane locū ex officina puer si
dogmatis tui vbi alieni a grā christi vitā requiei
et glorie possidere paruuli possunt dextera iusti
sedentis iudicia et sinistra regnū ē et gehēna vi-
ta et mors iusti sunt et iniq̄. in dextera igiť sunt iu
sti cōstituti. in sinistra opa ij iniquitatis. in regno
requies baptizatoꝝ in gehēna pena incredulorꝝ
vita ad leticiā glorie mors ad fletū et stridorē
dentiū. iusti in regno p̄ris simul cū xp̄o. iniq̄ igne
ꝑpetuo parato diabolo et angelis eiꝰ. et imedia-
te subdit. qꝛ ista nō significāt diuisiōes multoꝝ lo
coꝝ sꝫ tantū duoꝝ. s. regnū celoꝝ quo referunť
dextera vita iusti et glīa et c̄. et gehēne quo refe-
runť sinistra mors iniusticia ꝛ queciiꝗ mala tor
mēta vbi inq̄t mōrs queq꞉. 2ª dr̄ nō finitura sed
cruciatu durabilis erit. Et tūc arguit. q̄ ergo bap
tizatꝰ nō est in his q̄ sunt regni celoꝝ nō pōt repi
ri. et si nō ibi qꝛ vere non ibi: putas ne pelagiane
iā sentis vbi. q. d. apte videre debes ꝙ repitur in
gehēna. Ex his pꝫ manifeste ꝓpositū. tū qꝛ p̄mo
dicit ꝙ alienꝰ a fide xp̄i supplicia expietur eterna.
experientia aūt supplicij sine cruciatu ꝛ pena sensus
nō intelligunť. tū qꝛ fm eū q̄libꝫ est in regno celo
rū vel in gehēna ꝑ quā mors. 2ª cruciatu durabi
lis semꝑ. et vbi fletꝰ et stridor dentiū intelligitur
vbi cōcludit esse infātes nō baptizatos. ¶ 3°. qꝛ
in sermōe de baptismo paruuloꝝ cōtra pelagiū.
et in. 13. de v̄bis apostoli ex eodē p̄misso fūdamē
to cōcludit. vēturꝰ est inq̄t dn̄s iudicaturꝰ de vi-
uis ꝛ mortuis sicut euāgeliū loquiť duas partes
facturꝰ ē dexterā et sinistrā. sinistris dicturꝰ. ite in
ignē eternū q̄ paratꝰ ē diabolo et angelis eiꝰ. dex
tris dicturꝰ. venite benedicti p̄ris mei regnū pci-
pite qđ paratū ē vob ab origine mūdi. hāc regnū
nominat hāc cū diabolo dānationē nullꝰ relictꝰ ē
locus mediꝰ vbi ponere q̄as infantes. Et subdit. mediꝰ
si ergo dextera erit et sinistra et nullū mediū lo-
cū in euāgelio nouimꝰ: q̄ nō in dextera ꝓculdubio
in sinistra. ergo q̄ nō in regnū: ꝓculdubio in ignē
eternū. Et si dicať ꝙ hmōi infantes erūt ꝓculdu
bio in igne infernali et tū nō patienť ab illo: hoc
in cōsequētibꝰ videť Augustinꝰ excludere ex ver
bo xp̄i q̄ quid ꝑ regnū et q̄d ꝑ ignē intelligeret de
clarauit. vñ de ip̄o xp̄o subdit Auguꝰ extrema sē-
tētia vt doceret q̄d sit regnū ꝛ q̄d ignis eternus.
tūc inquit abibunt isti in cōbustionē eternā: iusti
aūt in vitā eternā. Ex hoc pꝫ ꝙ illi q̄bus dicetur
ite in ignē eternū: patianť cōbustionē ignis eter-
nā. Et hoc cōfirmari videť ꝑ rōnē. qm̄ vna eadē
q꞉ sn̄ia oēs dānati iudicabunť ad ignē eternū int
q̄s ifantes hmōi cōcludenť. nec etiā aliā sn̄iam le
gimꝰ dādā de eis specialē. cōstat aūt ꝙ ceteri si-
ue angeli siue hoīes dānati nō solū ex illa sn̄ia in-
telligunť iudicari ad illū ignē qꝛ sint in ip̄o tātū-
modo localr̄ cōtinēdi: sꝫ qꝛ sunt ab ip̄o veraciter
cruciādi. igiť ita videť sentiēdū de p̄dicta sn̄ia q̄
ad ifantes dānatos. Pro hoc facit etiā illō qđ idē
Augꝰ scribit in ep̄la ad ꝯsenciū in illa ep̄la q̄ꝫ ad
oculos. illi inq̄t q̄ ad iudiciū resurrecturi sunt nō
cōmutabunť in illā corruptelā q̄ nec doloris cor-
ruptionē pati pōt. illa nāq꞉ fideliū ē atq꞉ sctōꝝ.
isti vero ꝑpetua corruptione cruciabunť. qꝛ ignis
eoꝝ nō extinguet et v̄mis eoꝝ nō moriet. ꝯstat ꝙ
tales ifantes d̄ numero eoꝝ sunt q̄ ad iudiciū sūt
resurrecturi. Preterea sic tu d̄ ip̄is pueris q̄ꝫ ad
inclusionē localē tātūmodo illō v̄bū xp̄i intellige
res: sic aliꝰ d̄ ceteris dānatis forsitā exponeret. nec
ex scriptura sacra vt videť possꝫ dictū eiꝰ plusq̄
tuū iprobari. ex his vt videť pꝫ Augu. sēsisse et ex
intētione ꝯ pelagiāos ꝓbasse ꝙ hmōi ifantes pe
nā ignis et cruciatū patiēť et nō tīmmodo penaꝫ
dāni q̄ est tīmmodo carētia diuine visiōis. Confir
mať. qꝛ talē opinionē in p̄allegato sermone post
v̄ba recitata videť attribuere pelagio. vñ ait. vi-
deris tibi misericors. qꝛ nō ei. s. infāti nō baptiza
to auferas vitā: dānas t̄n quē sepas a regno celo
rū. dānas nō pautis cū sꝫ in exiliū mittis. naꝫ qui
exulanť: viuunt. si sani sunt: in doloribꝰ corporis

non sunt.nõ torquent̃.nõ carceris tenebris affli-
gunt̃.hec illis sola pena est nõ esse in patria. Pre
terea quia nullibi legi Augustinũ dicentez φ ipsi
nõ patiant̃ penã ignis aut penã sensus aut tãtũ-
modo puniant̃ pena illius dãni. nec etiã vidi ab
aliquo allegatũ φ alicubi dixerit aliquã talẽ sen-
tentiã. vñ satis videt̃ mihi eũ fuisse alteri⁹ sentẽ-
tie. Nec valet φ tenẽtes oppositũ inducunt ꝑ se
auctoritatẽ Augustini in enchi. in ṗncipio q̃stio-
nis ad oppositũ allegatã. illa.n.auctoritas nõ cõ-
cludit ꝓpositum. q2 valde bene stãt simul φ ta-
les paruuli patiant̃ penã sensibilẽ et φ eorũ pe-
na sensibilis sit mitissima respectu penaꝝ illoruz
qui actualiter peccauerũt.et ꝑ certo si diligenter
inspiciat̃:intẽtio Augustini videt̃ esse ad oppositũ
illius qd̃ intẽdit̃ ꝑ argumentũ et ꝑ principali ꝓ-
posito. vnde in ṗncipio imediate p̃cedentis capi
tuli ait Augustin⁹. quicũq3 ab illa ꝑditiõis massa
q̃ facta est ꝑ hominẽ ṗmum nõ liberãt̃ ꝑ vnũ me-
diatorẽ dei et hominũ:resurgẽt quidẽ ⁊ ipsi vnus
quisq3 in carne sua:sed vt cũ diabolo ⁊ angelis su
is puniãt̃. et paulo post dicit.nec moueat inquit
quomodo in eis corp⁹ icorruptibile si dolere po
terit:aut quomodo corruptibile si moueri nõ po
terit.nõ est.n.vera vita nisi vbi feliciter viuit̃.nec
vera incorruptio nisi vbi salus nullo dolore cor-
rumpit̃. vbi aũt infelix mori nõ sinit̃ ⁊ vt ita dicã
mors ipsa nõ morit̃ et vbi dolor ꝑpetuus nõ in-
terimit sed affligit:ipa corruptio nõ finit̃. Ex his
patet eum velle φ quilibet nõ liberatus a massa
ꝑditionis quales cõstat esse infantes de quibus
est sermo: resurget cum carne vt in illa dolores
patiatur.et per cõsequens quilibet talis habebit
penam sensibilẽ. inter quos tamẽ mitissimam di-
cit fore penã eoꝝ qui soluz originale habuerunt.
¶ 4°. principaliter. quia huius mẽtis videtur esse
beatus Gregorius. 9°. moraliũ super illo verbo
Job. 9°. multiplicauit vulnera mea etiã sine cau
sa dicẽs. nõnulli enim ṗus a ṗsenti luce subtrahũ
tur q̃3 ad ꝑferenda bona mala ve merita vite a-
ctiue ꝑueniãt. quos q2 a culpa originis salutis sa
cramẽta nõ liberãt:et hi ex ꝓprio nil egerunt ⁊ il
luc ad tormenta perueniũt. tormentũ autẽ pro-
prie cruciat⁹ et pena sensibilis dicitur. Item ime
diate post dicit. quib⁹ vnũ vuln⁹ est corruptibi-
les nasci ac corruptibiles mori. s3 quia post mor-
tem quoq3 eterna mors sequit̃ occulto dei iusto-
q3 iudicio:etiã3 sine causa vulnera multiplicant̃.
ꝑpetua q̃ppe tormenta ꝑcipiunt q̃ nihil ex ꝓpria
volũtate peccauerũt. vñ posset etiam satis fortis
ratio formari ad ꝓpositũ vt videt̃. qm̃ si nullam
aliam penã q̃3 dãni preciseꝫ tales infantes p⁹ mor
tem paterent̃:sequit̃ φ multo meli⁹ esset eis post
mortem eorũ et finalem dãnationẽ q̃3 fuerit in vi
ta ista. patet. q2 in ista vita multas penas sensibi
les ⁊ cruciat⁹ patiunt̃ et cũ hoc carẽt diuina visio
ne. post eoꝝ autẽ dãnationem nullã penã sentiẽt
sed tãtũmodo visione diuina carebũt ꝭm opinio
nem istam. sed cõsequẽs videt̃ falsum. nã omniũ
dãnatorũ videt̃ esse peior futura cõdicio post fi-
nale iudiciũ. et hoc etiã videtur ꝓbare in speciali
li quãtum ad ꝓpositũ text⁹ allegat⁹ iuxta expo-
sitionem Gregorij cũ dicit̃: multiplicauit vulne-
ra mea sine causa. nõ enim multiplicarent̃ sed mi
nuerent̃ poti⁹ si nullã penam ṗter illã carentiam
diuine visionis haberẽt. ¶ 5°. Q2 opinio tenens
oppositũ:nõ habet ꝑ se aliquã rationẽ cogentem
nec auctoritatẽ. nõ quid ẽ rõnez q2. potissima ra-
tio quam inducũt ꝑ sua opinione videt̃ eẽ hec.
q2 tales nullam fuerũt experti delectationem a-
ctualis culpe. igitur nullã debent pati tristiciã pe
ne. ꝯñam ꝓbant. quia vt scribit̃ extra de baptis-
mo et ei⁹ effectu caplo. maiores. actualis pecca-
ti pena est cruciat⁹ ꝑpetu⁹ gehẽne. non ergo de-
betur illis qui nõ actualiter peccauerũt. qd̃ cõfir
mant ꝑ illud Apoca. 18°. quantũ glorificauit se ⁊
in delicijs suis fuit:tm̃ date illi tormentũ ⁊ luctũ.
vbi ꝭm ꝓportionem actualis delectationis inor
dinate:ostẽdit esse ꝓportionem tormẽti et pene
sensualis ifligẽde. igit̃ vbi nulla actualis mala de
lectatio p̃cessit aut ṗfuit:nulla sensualis pena se-
cuta ẽ. hec est taliũ ratio. Sed hec rõ non cõclu-
dit. ṗma.n.cõsequẽtia nõ valet. q2 non soluz cul-
pe actuali debet̃ tristicia pene sensibil̃ ꝫ etiã cul-
pe originali. qd̃ notauit Aug⁹. ꝺ fide ad petrũ in
auctoritate supius allegata cũ ait. q2 ⁊ si peccatũ
ꝓpe actionis nõ habuerũt. hoc etiã notauit btũs
Gregori⁹ stati post verba allegata exponẽs illd̃
et sine causa. dicẽs q̃ itaq3 nullũ ꝓpriũ adiungẽs
ex solo originis reatu ṗmit̃ qd̃ i illo extremo exa
mine quãtũ ad humani sensus extimationẽ nõ si
ne causa vulnerat̃: ꝫ tñ sub districtione diuina iu-
stũ ẽ vt ꝓpago mortalis velut infructuosa arbor
etiã i ramis seruet amaritudinẽ quã traxit ex ra-
dice. vulneratio aũt vt p3 ꝑ pena sensibili capit̃.
et quãuis ꝭ3 humanã estimationẽ nõ ꝺberet̃ ei q̃
nullũ ꝓpe actionis pctm̃ habuit: ꝭm tamẽ dei oc
cultã iusticiã debet̃ ei q̃ originalẽ culpã cõtraxit.
auctoritas aũt decretalis nõ ꝓbat ꝯñam. q2 illa
nõ dicit φ soli⁹ culpe actualis pene sit cruciat⁹ ge
hẽne. Et ꝑ idẽ p3 ad auctoritatẽ Apo. q2 cuz illa
sñia stat φ etiã alijs q̃ nõ glificauerũt se i delicijs
det̃ tormẽtũ et luctus. et sic p3 φ rõ quã inducũt
nõ cogit. similiter nec aliqua auctoritas ẽ ꝓ illa

opinione. quia nõ inducit aliquã auctoritatẽ ꝓprie ad ꝓpositũ nisi illã Augustini in enchi. de q̃ supra fuit sermo. et vlteri⁹ quandã decretalem extra de baptismo et eius effectu capitulo maiores. vbi scribit̃ ꝙ pena originalis peccati est carẽtia diuine visionis: actualis vero peccati gehẽne ꝑpetuus cruciat⁹. sȝ nulla istarũ actionũ cogit. nõ quidẽ prima vt supra dictũ est. nec similiter secũda. nã decretalis nõ dicit ꝙ sola carẽtia diuine visionis sit pena originalis peccati. nec etiã vt dixit ꝙ solius actualis peccati cruciatus gehẽne sit pena. quorũ vtrũqȝ vel alterũ dicendũ erit vt sufficerent ad ꝓbandũ ꝓpositũ illi⁹ opinionis. Itẽ ꝙ tales exclusiue nõ sint intelligẽde ex illa decretali: patet tũ ex glosa ibidẽ q̃ dicit. paruuli q̃ sine baptismo decedunt in tenebris manẽt. de consecratione dis. 4ª nulla frater. et pena illa mitissima ẽ oium. dꝫ cõsecra. dis. 4ª. de generãte. ⁊ tamẽ sempiterno igne punient̃. dis. eadẽ firmissime. ⁊ ẽ auctoritas Augustini supius allegata. ecce ꝙ preter tenebras posuit penã ignis. tum etiã quia ad ꝓpositum quod vult ꝓbare dicta decretalis: neutra illarũ exclusiuarũ est oportuna. vult eni probare ꝙ dormiẽti vl' amẽti nõ dimittit̃ ꝑ baptismũ peccatũ origiale sicut dimittit̃ paruul'. ⁊ supponit ꝙ ĩ talib⁹ sit etiã actuale peccatũ. ꝓbat ãt hac rõne. qꝛ pena peccati origialis est carentia visionis dei actualis vero peccati gehẽne ꝑpetue cruciat⁹. vñ si ꝓmũ dimitteret̃ alicui alio nõ dimisso: talis nõ careret visione dei ꝓpter peccatum iam dimissũ et cruciaret̃ in gehẽna ꝑpetuo ꝓpter reatũ criminis actualis. sed hec tanq̃ incõpossibilia se se nõ cõpatiunt̃ imo mutuo aduersant̃. hec decretalis. patet aũt ꝙ tota ista argumẽtatio stat ⁊ si preter carentiaȝ diuine visionis sit alia pena originalis peccati. nam adhuc cũ dimitteretur: exuneretur iste a pena talis carentie. Preterea cõstat ꝙ peccati actualis non solus cruciatus gehẽne est pena sed etiam carẽtia diuine visionis. vñ christianus qui nullũ habet originale: si decedat cũ reatu actualis mortalis semper carebit dei visione. sicut igit̃ ex hoc qd' dicit decretalis ꝙ pena actualis peccati est gehẽne cruciatus: non tollitur qui eius pena sit etiã carentia diuine visionis: sic nec ex hoc quod ait ꝙ pena originalis peccati est carentia diuine visionis: excluditur quin eius pena sit etiam cruciatus gehẽne. hec sunt argumenta Gregorij. ¶ Contra secundam cõclusionem arguit Durãdus vel saltem contra eius probationes. primo nãqȝ arguit ꝙ probatio conclusionis adducta de. 2° sentẽtiarũ nõ valeat. qꝛ licet pueri non baptizati nõ habuerint in se aptitudinem aut ꝓportionem ad cõsecutionem glorie: tñ habuerũt eam in sua radice. s. in primo parente. et ideo sicut filius militis cui gratis collatũ esset imperium pro se et ꝑ tota sua posteritate: doleret si ob culpã patris priuaret̃ iure imperij: ita videtur ꝙ pueri non baptizati doleãt si sciant se ex culpa primi parẽtis esse priuatos visione diuine essentie ad quaȝ ꝑuenissent nisi culpa patris ĩpediuisset. hec ille. et ꝓpter hoc argumẽtũ recedit a ꝓbatione Sancti Tho. quã ponit. 2°. senten. et tenet se cũ ꝓbatione adducta ex dictis. S. T. de malo. q. 5. ¶ 2° loco arguit cõtra se ⁊ contra illã ꝓbationem. S. Tho. qꝛ vt cõmunit̃ tenetur in generali iudicio omnes videbũt dei iudicium esse iustũ pro eo ꝙ peccata singulorũ omnib⁹ apparebunt. cũ igitur decedẽtes cum solo originali peccato resurgãt ⁊ ad iudiciũ pertineãt: videtur ꝙ tunc cognoscãt bonos premiari visione diuia ꝓpter sua merita. se autẽ priuari eadem visione ꝓpter suum demeritũ vel ꝓpter demerituȝ ꝓmi parẽtis. quare ergo tũc nõ dolebunt qñ hoc cognoscent quãuis modo possint non dolere: qꝛ forte hoc non cognoscunt.



Quantum ad articulũ tertiũ primo notãdũ est ꝙ donũ iusticie originalis collatuȝ fuit homini a deo ad hoc ꝙ ꝑfectionẽ quãdaȝ rectitudinis hꝛet qua in statu hui⁹ vite vbi ẽ locus merẽdi proficeret ꝑ actus virtutũ ad visionẽ diuine essẽtie obtinendã in patria vbi est loc⁹ recipiẽdi pro meritis. vñ ecclesi. 7° dictũ est. fecit de⁹ hominem rectũ. rectitudo aũt fuit in eo ꝙ rõ deo subdebatur rõni vero inferiores vires et anime corp⁹. ꝓma siquideȝ subiectio causa erat ⁊ secunde et tertie. postq̃ vero ꝓceptis facta ẽ trãsgressio: cõfestum grã deserẽte diuina: iusticia originali homo ꝓuatus ẽ. cui successit in cũctis hominib⁹ ab adã seminaliter ꝓpagatis: peccatũ originale cũ reatu pene illi debite. fuit aũt peccato originali duplex pena debita ꝑ oppositũ ad duplex bonũ qd' ex iusticia originali homini debebat̃. vnũ in hac vita debita. s. obediẽtia virtũ ac corporis sub anima. profectum ꝟtutis ad meritũ. et si q̃ alia bona sũt ad hec cõsequẽtia. aliud autẽ bonũ debitum erat in patria diuine. s. essentie apta visio. ꝑ oppositum autem pena debita pro peccato originali in hac vita: fuit rebellio quedã et deordinatio potẽtiarum anime a rõne. infirmitas corpis. et ꝙ esset corruptioni obnoxiũ cũ quibusdã alijs defectib⁹ nãm grã destituti ĩ cõsequẽtib⁹. in vita aũt futura

pena originali peccato debita fuit puatio diuine visionis: p oppositũ ad bonũ originali iusticie debitũ in vita futura. s. visio diuine essentie beatifica. fuit vero in hac vita multiplex pena ex peccato originali subsecuta. nõ p se et directe p culpa quasi ad vidictã inflicta: sz qz huiuscemodi defect⁹ nãz humanã gr̃a destitutã et sibi relictã ↄsequũt in hac vita. verũtamẽ cõferũt ipe penalitates ad ↄfectũ v̄tutis et nõnũq̃ i valẽt etiã in remediũ ad vitãda peccata put. S. T. notat in. q. d̃ malo. q. 5ᵃ. ar. 4ᵒ. et hoc ideo ẽ quia p̄sens vita est status merẽdi et demerendi. ¶ Ex q̃d⁹ inferimus q multũ inefficax sit quorũdã obiectio pbare volentiũ q decedẽtes cũ solo peccato originali pena sensus puniant in vita futura p eo q pueri i hac vita solo originali peccato obnoxij multas patiũtur penas sensus. falluntur certe isti non satis considerãtes rõnem harũ penalitatũ in p̄senti vita. q̃ sicut dictum est: nõ sunt directe et p se ad vidictam culpe inflicte quãuis sint ex ea et nõ sine illa subsecute: sed magis pp̄ter causas premissas q̃ in statu vite future locũ nõ habẽt vbi nec merendi nec demerẽdi est loc⁹: sed est ibi status recipiẽdi p meritis. nec iterũ in statu future vite: aie aut corpora hominũ patiunt ab agẽte naturali: necessitate nature sed magis s̄z ordinẽ diuine iusticie. vñ cũ diuina iusticia nõ exigat q pueri cũ solo originali peccato decedentes pena sensus puniant cum huiuscemodi pena nõ se hẽat ex opposito ad visionẽ diuine essentie cui⁹ puatio est pena ppria peccato originali debita put deductuz est supra: sequitur q nichil ab igne aut ab aliquo naturali agente sensibiliter patientur.

¶ Secundo Notãduz est put. S. Tho. deducit in. q. de malo. q. 5ᵃ. arti. 3ᵒ. q aie puerorũz sine baptismo et cũ solo peccato originali decedentium: supernaturali cognitione carent que hic in nobis p fidem plantat. eo q neqz fidem in hac vita habuerunt actu nec sacramentũ vel doctrinã fidei susceperũt. quia ergo gl'ia beatorum cognitio est supernaturalis naturalẽ hominis intellectuz excedẽs s̄m illud apli p̄ma corin. 2ᵒ. neqz ocul⁹ vidit neqz auris audiuit neqz in cor hominis ascendit que p̄parauit de⁹ diligẽtibus se: sequit q aie puerorũ cũ solo originali decedẽtiũ gloriã beatoruz visionẽ. s. diuine essentie aptam non cognoscũt. ac p hoc de ei⁹ carẽtia dolere nõ pñt. nã dolor vl' gaudiũ ei⁹ cognitionẽ supponũt de quo sunt siue bonũ siue malũ. Neqz est credẽdũ q ipa beatorũ gloria eis a deo reueletur cuz nulla subsit rõ. immo magis econtra videt q eis reuelari non debeat. qm̃ talis reuelatio in eorum cederet afflictionez cognoscentes se tãto munere esse puatos absqz proprijs demeritis psonalibus. ¶ Sed contra hoc arguitur a quibusdã. qz vt cõmuniter tenetur: in generali iudicio oẽs videbũt dei iudiciũ esse iustũ p eo q bona et mala opa singulorũ cũctis erũt manifesta. vnde sup illud p̄ma corin. 4ᵒ. illuminabit abscõdita tenebrarũ: dicit glo. gesta et cogitata bona et mala tũc apta erũt omnib⁹. ex quo sequit q omnes in iudicio cognoscẽt gloriã et premiũ bonorũ et suppliciũ malorũ. cũ igit pueri in solo peccato originali decedẽtes resurgãt et ad iudiciuz generale ptineant vt cõmuniter tenet: videtur q tũc cognoscent bonos p̄miari diuina visione pp̄ter eorũ meritũ: se aũt illorum demerito vel primi parẽtis dei visione priuari. ac p hoc cõsequit q de huiusmodi puatione visionis tũc dolebũt quicquid sit de tpe ante iudiciũ. ¶ Ad hãc obiectionẽ respõdet Durãdus q qz iudiciũ pp̄e erit de peccatis cõmissis q̃ non sunt in pueris decedentibus cũ solo peccato originali: ideo pueri non baptizati ad generale iudiciũ nõ pp̄rie pertinebũt. ac p hoc neqz facta bonorũ vel eorũ gloriã neqz facta malorũ aut dãnationẽ ipsorũ: in iudicio cognoscẽt. et p cõsequẽs neqz se puatos esse gl'ia percipient. ¶ Sed cõtra hãc respõsionẽ videtur q oẽs illi ad iudiciũ generale ptinẽt quorũ christus iudex est. sed xp̄s cõstitut⁹ est a deo iudex viuorũ et mortuorũ put dr̃ actuũ. 10. de quorũ numero sunt etiã pueri non baptizati. ergo et ipi ad generale iudiciũ ptinent. Ad q̃d facit q̃d scribitur Apocalipsis primo. ecce venit. s. xp̄s cũ nubibus et videbit eũ oĩs ocul⁹. Et p̄terea illi pp̄rie ad iudiciũ ptinẽt q̃bus in iudicio retribui debz p meritis. huiuscemodi aũt sunt paruuli cũ solo originali decedentes sicut et infideles adulti quãuis non sit eorũ par pena. ¶ Et ideo aliter rn̄dendũ est obiectioni p̄misse iuxta mentẽ. S. Doc. 4ᵒ li. sentẽ. disti. 47ᵃ. q. pᵃ. ar. 3ᵒ. sub arti. p̄mo ad. 3ᵐ q paruuli cum solo originali peccato decedẽtes ad iudiciũ generale ptinẽt et in illo ↄparebũt ad gl'iam iudicis intuẽdã et ad sue humanitatis exaltationẽ s̄m quã cõstitut⁹ est a deo oiuz iudex quẽadmodũ et p omnibus viuis et mortuis q̃tũm ad sufficiẽtiaz sanguinẽ suũ fudit. Itẽ ad dãnationẽ p originali peccato subeũduz in aĩa p carẽtiã diuine visionis et in corpe p localem detrusionẽ seu incarcerationẽ. Q̃d aũt dicit Johãnis. 3ᵒ qui nõ credit iã iudicat⁹ ẽ: debz intelligi d̃ iudicio discussionis nõ retributionis. neqz tñ ipsi paruuli in iudicio cõparẽtes gl'iaz btõrũ pcipiẽt ppt supradictã

rõnem. vñ et de dãnatis tenet. S.T. 8° qlibz. ar. 16°. q glia3 btõꝝ non videbũt nec in iudicio nec ante aut post iudiciũ qd.s. sit et q̃lis et quãta. sic eni nullus põt videre gl'ia3 nisi q est in gl'ia. nam superat et desideriũ et intellectũ eorũ q nõ sunt in ea. hoc est certe mãna abscõditũ et nomen nouum scriptũ in calculo qd nemo nouit nisi q accipit, put hẽtur Apocal. 2°. paruuli aũt sub generalitate dãnatorũ cõprehẽdũtur sicut ⁊ sub generalitate hominũ peccatoꝝ. vñ Aug' in libro d baptismo paruuloꝝ exponẽs dictũ Christi pallegatũ. q aũt nõ credit iã iudicatꝰ est: sic ait. vbi ergo paruulos ponimꝰ baptizatos nisi inter eos q crediderũt. hoc aũt eis acq̃rit̃ p virtutẽ sacramẽti et offerẽtiũ rñsionẽ. ac p hoc eos q baptizati nõ sũt inter eos q nõ crediderũt statuimꝰ. verum q. S. Doc. in eodẽ q̃libz videt̃ dicere q dãnati ante diẽ iudicij et in iudicio vidẽt gl'iam sctõꝝ quãuis nõ post diẽ iudicij. sed illud intelligẽdũ est vel d gl'ia corpoꝝ vel d cognitione gl'ie cõfusa. vidẽt eni illos in maximo eẽ gaudio et delectatione. s3 qd aut q̃lis sit ipa gl'ia an .s. sit naturalis vel supnaturalis: ignorãt sicut in pncipio ad q̃stionẽ rñdens ipse Doc. S. pmiserat. ¶ Aduertẽdũ tñ q in primo ope in hac .s. disti. q. 2ª. ar. 2°. in cor. arti. rñdet. S. Doc. pmisse obiectiõi q .s. paruuli nõ baptizati in originali decedẽtes: vita eterna se priuatos eẽ cognoscẽt ⁊ causa3 q̃re ab ea exclusi sũt. nec3 tñ ex hoc dolorẽ patient̃ eo q pcipient q vita eterna suã pportionẽ excedit cũ ad illã obtinendã nullã habeãt aptitudinẽ: nec ex pncipijs nature q2 facultatẽ nature excedit: nec p actꝰ pprios quos nũq̃3 habuerũt. nec3 in eis erit peruersitas volũtatis vt hr̃e appetãt aut doleãt nõ hr̃e quod coꝝ capacitatẽ excedit. sed pma rñsio videt̃ melior et magis ẜm intẽtionẽ. S. T. eo q in. q. d malo loco supra allegato recitata solutione hic secũdo posita: primam tenuit ac pbauit.

Quantum ad articulũ q̃rtũ rñdendũ ẽ obiectiõibus in cõtrariũ. Et q̃dẽ ad pmũ cõtra pmã cõclusione3 rñdet. S. Tho. in hac disti. q. 2ª arti. pmo ad pmũ. Et in. q. d malo. q. 5ª. ar. 2° ad. 2m q nomẽ tormẽti supplicij ⁊ gehẽne aut cruciatꝰ vł si qd sil'e in dictis sctõꝝ inuenia t̃: ẽ large accipiẽdũ pro pena vt ponat̃ spẽs p gñe. sicut etiam noie ignis frequẽter in scriptura q̃libz pena figurari consueuit. ideo ãt scti vsi sunt tali modo loquẽdi vt detestabilẽ redderẽt errorẽ pelagianoꝝ asserẽtiũ in paruulis nullũ eẽ pctm̃ nec penã aliquã illis esse debitã. ¶ Nec3 valẽt ea q arguẽs cõtra hãc rñsionẽ adducit. nõ pmũ q̃m falsu3 supponit q .s. error sit aut falsa sententia: carẽtiã diuine visionis ⁊ gñaliter omnẽ penã siue sensus siue dãni suppliciũ aut tormẽtũ appellari. imo talis appellatio est vera ⁊ in sacra scriptura et in vsu doctoꝝ cõsueta locutio spẽm p gñe et genꝰ ponere p spẽ. ¶ Nec3 valet secũdũ q2 licet in libro d fide ad petrũ nullum errore3 Augꝰ specialit̃ assignat: tñ oẽs regule ibi posite fidei doctrinã cõcernẽtes: ad elidẽdu3 aliquẽ errorẽ scripte sunt. et p̃serti illos errores qui Augu. tẽporibꝰ vł p̃pe pullularũt. inter q̃s error pelagianoꝝ negãtiũ culpã originalẽ in paruulis et p ɔ̃s penam Augu° fuit maxime detestabilis. ¶ Ad pmã confirmationẽ dr̃ q sicut nullibi in sacra scriptura vel p eccl'ia3 inuenit̃ determinatum aliq̃d oppositũ regulis in libello p̃facto de fide ad petrũ traditis: ita nec3 oppositũ nr̃e expositiõis et rñsionis alicubi p eccl'ia3 aut in sacra scriptura repit̃ determinatu3. qua g rõne vel potestate vt eiꝰ xbis vtamur arguẽs nr̃a3 rõnabilẽ imo et necessariã iprobat expositionẽ. et eo maxime q i dictis sacre scripture ẽt sctõꝝ doctoꝝ habeat fũdamentũ. nã vbicũq3 redẽptor nr̃ loquit̃ de pena sẽ suo peccatoribꝰ inferẽda: semp aliq̃d pmittit coꝝ culpas actuales cõcernẽs. Idipm apud beatum Paulũ ⁊ ceteros apl'os in suis epistolis repitur. ¶ Ad. 2am cõfirmationẽ p3 rñsio in apto cum sit plurimũ dissimile de diabolo ⁊ peccatoribꝰ q peccato originali peccata actualia p̃pa et pũersa voluntate addiderũt: et de puulis cũ solo originali decedẽtibꝰ qui nõ p̃pa aut pũersa coꝝ volũtate sed p originẽ alienã culpã cõtraxerũt. ¶ Ad. 2m dr̃ q ex illa auctoritate nõ plus habet̃ nisi q paruulis fide Christi alieni cũ nõ ptineãt ad regnu3 celoꝝ nec3 ad dexterã xp̃i in iudicio s3 ad sinistrã ptinẽt ad gehẽna3 et ad locũ inferni vbi supplicia eterna experient̃ qd nos nõ negamꝰ: sed dicimꝰ q nomẽ supplicij vel ignis aut tormẽti accipit̃ large p quocũq3 gñe pene siue dãni siue sẽsus. vñ cũ paruuli nõ baptizati puniant̃ pena dãni eterna: dici põt vere q suppliciũ patiunt̃ eternũ. sunt p̃terea deputati ad locũ inferni ẜ differẽti modo q̃tũ ad situ et gñe penarũ a peccatoribꝰ adultis q peccato originali actualia ac psonalia delicta addiderũt. et ideo sentẽtia xp̃i ferenda in iudicio Ite maledicti i ignẽ eternũ q paratꝰ est diabolo et c. nõ pari modo cõprehẽdit et inuoluit infantes ⁊ peccatores adultos s3 differẽti, put supra dictu3 est applicãdo singula singulis. quẽadmodũ et differẽti modo sentẽtia ipa cõprehẽdit demones et hoies quãuis de vtrisq3 sub vno sermonis cõtext-

tinsat ibi mētio. Auctoritas aūt Augustini ad cō senciū in epistola q̄z^m ad oculos: nō est ad ꝑpositum. qm̄ ibi loquiꝛ de adultis peccatoꝛib⁹ vel infidelibus in qb⁹ erit vermis .i. cōsciētie remorsus. paruuli aūt cū solo peccato originali decedētes: vermē .i. remorsum nō habēt cōsciētie. ¶ Respōsio aūt arguētis ad auctoritatē Augustini in libro enchiridiō nō valet. qm̄ si infātes puniunꝛ pena sensus sicut et adulti: ꝑportio aliq̄ erit inter huiusmodi penas cū sint eiusdem generis. ac ꝑ hoc dari pōt peccatoꝛ adultus q̄ tam miti pena vel etiam mitioꝛi punieꝛ in inferno sicut et paruulus nō baptizatus. ex quo sequiꝛ ꝙ pena istoꝝ paruuloꝝ nō sit mitissima inter penas dānatoꝝ qđ est cōtra auctoritatē Augustini inductā. tenet cōsequētia. qꝛ si ꝛ paruul⁹ et adult⁹ pena sensus puniunꝛ: vel iste pene sunt equales et sic habeꝛ ꝑpositū: vel pena adulti est acerbioꝛ: ꝛ sic quocūqꝫ gradu acerbitatis dato pōt dari minoꝛ et mitioꝛ gradus quo alter puniaꝛ adultus alias nō haberent inter se ꝑportionē: ꝛ sic etiā habeꝛ ꝑpositū. Et ꝑ ista patet respōsio ad omnia dicta Augustini. ¶ Ad .4^m respōdet .S.T. in .q. đ malo .q. 5^a. arti. 2°. ad. 3^m. eo modo quo respōsum est ad ꝑmū. et ad rōnez arguētis quā subiūgit: respōdet S. Tho. in hac distin. q. 2^a. ar. ꝑmo ad. 3^m. Et in .q. de malo vbi supra. arti. 4°. ad. 5^m. negando ꝯñam. cui⁹ rō diffuse assignata est supra in ꝑmo notabili. ¶ Ad. 5^m dicitur ꝙ opinio nostra multiplicē habet rōnem sicut apparebit legēti scripta .S. Thome ꝛ alioꝝ doctoꝝ. multiplicē preterea habet auctoritatē ex textu euāgelioꝝ et epistolarū sacri canonis. vbi nō assignaꝛ pena sēsus post hanc vitā nisi peccatoꝛib⁹ adultis q̄ ꝑsonales culpas habuerūt. Solutio aūt arguentis ad rōnem quā inducit parū valet cū assumat falsum. neqꝫ illud ꝓbat auctoritas Augustini ꝭm verā intelligētiā q̄ posita est in respōsione ad ꝑmū. Quo autē mēs Innocētij fuerit in capl'o maiores de baptismo et ei⁹ effectu assignare differētiā ibi datā inꝛ penā originalis peccati ꝛ penaꝫ actualis peccati satis accipiꝛ ex cōtextu litere: licet cōtenciosis verba nō desint. verūtamē nō ex illa auctoritate ꝑn̄cipaliter cōclusio nr̄a firmaꝛ vt ex supradictis apparet ¶ Ad argumēta cōtra secūdā cōclusionē. Ad primū diciꝛ ꝙ fundamētū argumētatiōis nō habet veritatē in eo qui nullā ꝑuersitatē vel deordinationē volūtatis hꝛe pōt quales sunt paruuli cum solo originali decedētes. nō eni possent de pena eorū iuste a deo inflicta dolere: quin diuine iusticie volūtate repugnarēt qđ absqꝫ volūtatis peruersitate fieri nō posset. ¶ Ad. 2^m ꝑꝫ respōsio ex his que dicta sunt in secūdo notabili. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōsum est in solutione ad primum contra primam conclusionem. Et in hoc articulus terminatur.

Distinctio tricesima. iiij



Circa tricesimā quartam distinctionē qriꝛ vtruꝫ rō boni sit absoluta ꝛ arguitur ꝙ non. qꝛ bonum ꝛ cōueniēs videnꝛ importare idē formaliꝛ. ſ; ꝯueniēs dicit formaliꝛ relationē. igitur et bonum. ¶ In oppositum arguiꝛ. qꝛ illud qđ cōuertiꝛ cū ente essentialiꝛ: nō dicit solā relationem formaliꝛ. alias omne ens diceret formaliter respectū. sed bonuꝫ cōuertiꝛ cum ente essentialiꝛ ergo et c̄. ¶ In hac q̄stione erunt quattuoꝛ articuli vt supra.



Quantuꝫ ad primū articulū sit ꝑma conclusio ꝙ bonū de ꝑncipali significato dicit qđ absolutū cū respectu tñ rōnis ad appetitū. Hec cōclusio est de mēte. S. Tho. ꝑ. q. 5^a. ar. p^o. 2°. et. 3°. Itē de veri. q. p^a. ar. ꝑmo. cōtra. q. 21^a. articul. p^o. ꝛ. 2° Et opus. 42°. capl'o. 2°. ¶ Secūda cōclusio est ꝙ bonū trāscēdēs cōuertiꝛ essentialiter cuꝫ ente. Hanc cōclusionē tenet. S. T. vbi supra.



Quantum ad articulū secūdū arguiꝛ cōtra predicta. Et q̄dē cōtra ꝑmā cōclusionē arguit Durādus ꝑmo ꝑ rōnē arte oppositā. ¶ 2° si bonū dicit formaliter aliqđ absolutū qđ est fundamētū cōueniētie et nō solum respectū cōueniētie: tūc malū dicit formaliter ꝑuationē talis fundamenti et non ꝑuationē cōuenientie: qꝛ maluꝫ est priuatio boni. sed hoc est falsū. ergo ꝛ primū. ꝙ hoc sit falsum patet manifeste. quia ꝭm alios et ꝭm veritatem calor febrilis est malus homini inqꝫ^m homo. hoc aūt nō est ꝓpter defectū caloris sed propter defectū cōuenientie. est enī calor ſ; nō cōueniens. ergo et c̄. ¶ 3° sic. opposita absoluta nō possunt simul cōuenire eidē et ꝭm idē. sicut idē corpus ꝭm

citur: si accipiatur sicut iacet verũ est: sed nostre cõclusioni nõ obstat. quoniam qui facit actũ moraliter bonum secundum omnes circũstantias etiã si nõ actu et vltimate ꝓpter deum: fit ꝓpter quod fieri debet quantum ad debitũ sue nature in quantum .s. est moralis. si aũt arguens cõtẽdat quod Augu. ꝑtendat dicere de eo ꝓpter quod vltimate facere debet: tũc dictũ Augus. debet intelligi nõ solũ negatiue sed cõtrarie vel opposite: vt sit sensus si nõ ꝓpter hoc facit .i. si facit cõtra id ꝓpter quod facere debet. Reliqua vero dicta Augus. accipiẽda sunt de vera virtute et de vera sapiẽtia secũdo modo capta in tertio notabili ¶ Ad .8m dicitur quod ex ipsa auctoritate accipitur quod Augus loquitur de virtutibus que vel quarũ actus referuntur in aliquẽ finẽ cõtra deũ vel qui referibilis non est in deũ cum dicat retulerit nisi ad deum: quod non ꝑtinet ad actus moraliter bonos secundum omnes circunstãtias. cũ enim huiuscemodi actus ex sui natura sint in deũ referibiles: non põt vere dici de illis quod referuntur nisi in deũ attenta ꝓprietate sermonis et cõsuetudine loquẽdi. quod etiam patet ex verbis Augus. sequẽtibus vbi dicit. cum referuntur ad seipsas nec ꝓpter aliud expetuntur: etiam tunc inflate atque superbe sunt. ex quibus cõstat quod loquitur de illis que ad inanẽ gloriã et superbiam ordinantur. ¶ Ad .9m dicitur quod ex auctoritate Augus. duo accipiuntur. vnũ est quod gentiles nõ habuerũt veras virtutes morales. et ad hoc respõdemus quod loquitur de virtutibus veris secũdo modo acceptis in tertio notabili: in qua acceptione auctoritas Augus. nõ militat contra cõclusionẽ nostram sicut dictũ fuit in respõsione ad primũ et .2m. aliud quod accipitur ex verbis Augus. est quod gẽtiles faciẽtes naturaliter ea que legis sunt nõ ꝓpter deũ peccabãt quod nos concedimus: sed nõ peccabãt pro eo quod faciebãt ea que ex dictamine legis nature fiebant. neque illud dicit Augus. alias tale peccatũ actori deo qui ipsum legis dictamẽ menti hominũ indidit imputaretur. sed peccabant gentiles peccato omissionis cõtra dilectionẽ dei debitam qua tenebantur omnes actus suos in deũ referre. et de hoc dictũ fuit latius in primo notabili. ¶ Ad 10m dicitur ad primã ꝓbationẽ quod procedit ex falso supposito .s. quod actus moraliter bonus nõ relatus vltimate in deum caret circũstãtia debiti finis. hoc aũt falsum est. tũ quia ordinatur ad finẽ debitũ sibi ex ratione ꝓprii generis et specifice differẽtie. tum etiam quia referri actu vltimate in deũ: nõ est circũstãtia finis debiti .i. necessario requisiti actui bono moraliter nisi pro tẽpore illo in quo tenetur quis actum suũ referre in vltimũ finẽ, put. S. Doc. notat in hac distin. loco pro cõclusione allegato in respõsione ad .4m ¶ Ad .2am ꝓbationẽ negatur cõsequentia. nam fines in argumẽto positi licet quãdoque nõ sint mali vt si ordinentur ad finẽ ad quẽ esse debent: nõ tamẽ sunt fines qui sufficiãt actui moraliter bono neque attingunt ad finem illis debitũ ex ratione ꝓprii generis ac speciei. neque illa que arguẽs inducit id ꝓbãt: sed tantũmodo ꝓbãt quod tales fines nõ sunt mali: quod nos cõcedimus si debite appetantur vt quando ad fines debitos et sufficiẽtes virtutibus moralibus ordinãtur. agere enim pro bona fama vt cũ ea edificet et plãtet et ne sine illa dissipet aut scãdalum generet que sunt debiti fines virtutũ: bonũ est. et sic de ceteris in argumẽto adductis est intelligendum. agere vero aliquid ꝓpter famam vel honores aut diuitias vltimate etiam citra deum: bonum opus nõ est cum bonitas illorum ex ordine ad alios fines .s. actus virtutum depẽndeat vt de fama dictum est: et de diuitijs constat. quia ad quedam opera virtutum ordinantur: vnde et instrumenta virtutum dicta sunt. consimiliter honores appetere vel agere ꝓpter consequendum honorem precise vt .s. appetitus vel actionis intẽtio sistat in honore: ad ambitionẽ ꝑtinet et illicitum est prout. S. Tho. docet. 2a. 2e. q. 185. articulo primo in corpore. vnde contra phariseos dominus dicit Matthei 23o. amant primos accubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis et vocari ab omnibus rabbi. appetere vero honorem vt inde opera virtutis vel pietatis exerceat: bonum et licitum est ita quod opus et exercitiũ bonum cadat sub desiderio: nõ autem honoris gradus aut dignitatis primatus vt ibi. S. T. notat. iuxta quod Chrisostomus ait super Mattheum. opus quidem desiderare bonũ bonum est. primatum autem honoris concupiscere vanitas est. primatus enim fugientem se desiderat. desiderantem se horret. Item Augus. 19o de ciuitate dei. non amandus est inquit honor siue potentia in hac vita: quoniam omnia vana sunt sub sole: sed opus ipsum quod per honorem vel potentiam fit. vnde. S. Tho. 2a. 2e. q. 131. articulo primo in corpore: tripliciter inquit appetitum honoris contingit esse inordinatum. vno modo per hoc quod aliquis appetit testimonium de excellentia quam nõ habet quod est appetere honorẽ supra suã ꝓportionẽ. alio modo per hoc quod honorẽ sibi cupit nõ referẽdo in deũ. tertio per hoc quod appetitus eius in ipso honore quiescit nõ referẽs honorẽ ad vtilitatẽ aliorum. ¶ Ad .11m dicitur quod minor est falsa. et ad eius ꝓbationẽ admittimus primũ fũdamẽtũ: et secundum negamus capiẽdo ꝓpter se secundum quod opponitur ad per accidens et capiẽdo non ꝓpter aliud put est idẽ dictu quod nõ ꝓpter accidens vel non per accidens. per quem modum quedam alia a deo: propter se diliguntur et non propter

aliud vt deductũ fuit in secũdo notabili. Nec va let ꝓbatio arguẽtis. qm̃ assumptũ seu antecedẽs est falsum capiẽdo nõ ꝓpter se: in predicto sensu quãuis sit verũ ẜm ꝙ nõ ꝓpter se: est idẽ dictu qꝺ ꝓpter aliud nõ tñ per accidẽs. sed tunc nõ est ad ꝓpositũ nr̃m ꝓut in secũdo notabili dictũ fuit. et ad ꝓbationẽ antecedẽtis in sensu negato: negat̃ ꝯña capiẽdo nõ ꝓpter se diligendũ vt ẽ idẽ quod ꝓpter accidẽs vel p accidẽs diligẽdũ. et ad eius ꝓbationẽ conceditur pͥma ꝯña et. 2ª. et. 3ª. sed negatur. 4ª. nõ enĩ sequit̃ si aliqd est diligibile ꝓpt se secũdo modo in secundo notabili posito: ꝙ sit diligibile ꝓpter se vltimate. vñ falsum ẽ qꝺ arguens ex ista falsa ꝯña infert ꝺ fama vel honore aut diuitijs. respõsionẽ aũt quã arguẽs introducit nõ admittim⁹. nã assumit falsũ. s. ꝙ aliqd põt rõnabiliter diligi vltimate ꝓpter aliqd bonũ ꝓpt se diligẽdũ aliud tñ a deo etiã si meli⁹ et ꝓstanti⁹ sit quibusdã alijs: et ideo nõ est op⁹ nobis ad illa rñdere q̃ arguẽs obijcit cõtra respõsionẽ. ꝓcedunt enĩ ex falsa suppositione respõsionis ꝙ. s. ideo dr̃ aliquid diligibile ꝓpter se: qꝛ aliud min⁹ diligibile ad ipm̃ ordinat̃. hoc non ẽ vl'r verũ per se loquẽdo. non enĩ aliqd dicit̃ ꝓpter se diligibile qꝛ aliud bonũ ad ipm̃ ordinat̃: sed qꝛ in se habꝫ bonitatẽ ꝓpter quã diligi debeat. nã inter bona vtilia q̃ ad aliud ordinant̃ vt ad bonũ honestũ: reperitur aliquãdo ordo quo vnũ refert̃ ad aliud ⁊ est ꝓpter illud. ¶ Ad. 2m̃ ꝓ secundo fundamẽto dicit̃ ꝙ pͥma ꝯña est falsa. antecedẽs aũt cum sua ꝓbatione nõ militat cõtra cõclusionẽ. qꝛ non est idẽ dictu ꝙ creatura rõnalis recte ordinata tenetur act⁹ suos ad vltimũ finẽ ordinare qui de⁹ ẽ: et dicere ꝙ omnes act⁹ ipsius creature nõ sic ordinati in deum sint mali et vitiosi ꝓut late declaratum fuit in pͥmo notabili. Et p hec et p ea q̃ dicta sunt in rñsione ad. 7m̃. et. 8m̃ pꝫ rñsio ad auctoritates Augu. vñ ꝯña quã arguẽs infert ex illis: falsa est vt sepe habitũ ẽ supra. ¶ Auctoritas vero Augu. 9º de trinitate debet intelligi qñ creatura amat̃ ꝓpter se vltimate. pꝫ ergo ꝙ secundũ fundamentũ arguẽtis falsum ẽ et nõ p eum ꝓbatũ. ¶ Tertiũ ei⁹ fundamẽtũ consimilit̃ falsum est ex supra dictis: nisi intelligat̃ de rectitudine intẽtionis supaddita intẽtioni morali p virtutẽ charitatis de qua nõ loquit̃ nr̃a cõclusio. et de hoc dictũ fuit in tertio notabili. Et p predicta patet respõsio ad. 12m̃. et. 13m̃. procedũt enĩ ex falso supposito sepe negato. s. ꝙ nullus act⁹ human⁹ est moralit̃ bonus nisi fiat ex dilectione dei vel tẽdat in aliud ꝓpter deum vltimate. Auctoritates autem Augustini quas arguens adducit non obstant. nam omnes loquuntur de rectitudine intentionis et de bonitate actus ac de vera virtute supnaturali ex charitate supaddita: non de rectitudine et bonitate ac de veritate virtutis moralis q̃ ex ꝓprio genere et ex rõne specifica sibi cõuenit quam nos nõ negam⁹ simplicit̃ et vl'r in actibus infidelium. ¶ Ad argumentũ ante oppositũ respõdet. S. T. in hac distin. loco ꝓ conclusione allegato ad. 2m̃ ꝙ fides dirigit intẽtionẽ ad finem vltimũ: sed ratio naturalis vel prudẽtia põt dirigere in aliquẽ finem ꝓximũ. et quia talis finis ordinabilis ẽ in finem vltimũ etiam si actu non ordinet̃: ideo in infidelibus quorum act⁹ per vim rationis in huiusmodi finem ꝓximũ diriguntur: possunt aliqui actus esse boni l' deficiẽtes a ꝑfecta bonitate ẜm quam actus est meritorius. Idem in sentẽtia respondet. 2ª. 2e. q. 10. articulo. 4º. ad. 2m̃. Et in hoc articulus terminatur.

Distin. q̃dragesima. ij



Irca distinctionẽ q̃dragesimã secũdã q̃rit̃ vtrũ actus exterior et interior sint duo peccata vel tñ vnũ et arguit̃ ꝙ sint duo. qꝛ illa sunt plura peccata q̃ opponunt̃ pluribus p̃ceptis. sꝫ act⁹ interior ⁊ exterior opponunt̃ plurib⁹ p̃ceptis. ergo et c̃. minor ꝓbat̃. qꝛ duo precepta sũt p q̃x vnũ ꝓhibet̃ act⁹ exterior. s. nõ furtũ facies ⁊ p alterũ interior vt ẽ illud nõ cõcupisces rẽ ꝓximi tui. ¶ In oppositum arguit̃. qꝛ pena rñdet culpe. sꝫ ꝓ actu malo interiore et exteriore nõ imponit̃ nisi vna penitẽtia. igit̃ nõ ẽ ibi nisi vnica c'lpa. ¶ In hac q̃stiõe erũt q̃ttuor articli vt sup̃.



Quantũ ad articulũ pͥmũ sit pͥma cõclusio ꝙ actus interior et act⁹ exterior sibi cõiunctus in malis: nõ sunt duo peccata sꝫ vnũ tñ loquendo de peccato culpabili. Hãc cõclusionẽ tenet. S. T. in hac disti. q. pª. ar. pº. Et pª. 2e. q. 20. ar. 3º. Et in. q. de malo. q. 2ª. ar. 2º. ad. 11m̃. et. 12m̃. ¶ Scd̃a cõclusio ẽ ꝙ act⁹ exterior aliquã addit bõitatẽ vl' maliciã ad actũ iteriorem. illã. s. quã h̃ẽt ex ꝓprio obo et ex ꝓprijs circũstãtijs. illã tamẽ quã habet ex

ordine ad finem non addit sed est vna et eadez
vtriusq;. nūq; vero addit aliquid ad penam eter
nam vel ad premium essentiale directe ptinens
si actus interior volūtatis sit in se complet⁹. Hāc
conclusionē tenet. S. Tho: supra distin. 40. ar.
3°. Et pma. 2ᵉ. q. 20. articulo. 4°. Et in questio
nibus de malo. q. 2ᵃ. articulo. 2°. ad. 8ᵐ.

Quantum ad ar
ticulū secunduz arguitur contra
conclusiones. Et quidē cōtra p-
mā arguit Gregorius d arimino
pbando q act⁹ interior et exte-
rior sunt duo peccata. arguit igitur sic. Operatio
exterior est peccatū puta furtū. homicidiū. adul-
teriū. mēdaciū. et non est illud peccatū quod dr
volūtas mala quā ꝯcomitat. sicut loqui falsum cū
intētione fallēdi: non est velle loqui falsum cū in-
tentione fallendi. nec tractare rem alienam inui-
to dño: est velle tractare rē alienam et c. et ita de
alijs. et cōstat q tale et tale velle sunt peccata. igi
tur velle qd est peccatū et agere qd ipsum cōco-
mitat: sunt plura et disticta peccata cui⁹ oppositū
dicit cōclusio. ¶ Cōtra secundā cōclusionē argu-
unt multi Scotiste. pmo qr glosa decreti de peni.
distin. pma caplo. si cui. exponēs preallegatū ver
bum Augus. de libero arbitrio nō min⁹ re⁹ ē et c.
dicit. re vera magis est re⁹ si opus adhibeat. sed
hoc quo ad sufficiētiā eterni interit⁹ accipe. vl nō
minus. i. nichilomin⁹ est re⁹: nō quin plus peccet
si opus ꝓsequat. qd probat ex hoc q ꝓhibitū est
malā volūtatē in opus ꝓcedere. ¶ 2°. quia illa
cōclusio videt esse cōtra determinationē ecclesie
dānantis errores petri ambaylardi. inter illi⁹. n.
articulos damnatos dicit esse vn⁹ quo sic inquie
bat. nos vero dicim⁹ q sola volūtas a deo eter-
naliter remunerat siue ad bonū siue ad malū. nec
ꝓpter opera peior vel melior efficiatur homo: ni-
si forte dū operat in aliquo ei⁹ voluntas augeat.
ex cuius sententie dānatione videt esse tenēdum
q sola volūtas remunerat et q homo ꝓpter opa
exteriora nō efficit peior vel melior. ¶ 3° arguit
sic rōne. si vera sit cōclusio: nō plus mereri videt
apud deū volēs sustinere martyriū p Christo et
actualiter sustinēs: q; alius equali voluntate vo-
lens sustinere nō tamē actu sustinēs. quod nō est
verū. quia p actu martyrij dat aureola fz docto-
res. Item velle baptizari vel aliud sacramentuz
recipere: eque bonum et vtile foret hominu sicut
velle et etiam cum hoc baptizari. Item qui vel-
let percutere vel occidere clericū: tantū peccaret
q;ᵐ alius qui nō solū vellet sed etiā occideret qd
est falsum. tū qr occidēs est vere homicida: alius
vero nō. tū quia iste incurrit excomunicationem
vel irregularitatē quas penas ali⁹ nō incurrit. et
qualcūq; penas alter p volūtate occidēdi incur
rit vel meret: incurrit iste et meret. hoc aūt nō es-
set iustū nisi ipse plus peccaret et maioris pene ip
se dign⁹ essz. ¶ 4°. quia sequit q si duo homines
volentes quēdam occidere: sagittarēt in vico ali-
cui⁹ ciuitatis equaliter adhibita vel equaliter ne
glecta cautela hincinde de ledēdo aliquem et v-
nus superuenientē occideret alter nullum qr nul
lus occurreret: tantū peccaret ille qui neminē le-
sit quantum alius qui superuenientē hominez in-
terfecit quod non videtur dicendum. ¶ 5°. quia
cuilibet peccato pena debetur. ergo duobus pec
catis maior pena debetur q; vni illorum tm ex
ipsis. ex opposito enim consequentis clare videt
sequi oppositum antecedentis. ergo pro vtroq;
scilicet voluntate et actu sequente cum sint duo
peccata: maior pena debetur peccāti ac per hoc
plus demeretur. ¶ 6°. quia Augustinus. 13° de
trinitate. 5° capitulo dicit. mala voluntate sola:
quilibz miser efficitur sed miserior potestate qua
desiderium male voluntatis impletur. et sic ma-
le volendo: miser est: minus tamen esset si nichil
eorum que pperaz voluit habere potuisset. sed
istud vt arguit Scotus: non potest intelligi d mi
seria pene. quia desiderans et non potens habe
re quod desiderat: plus habet de pena q; ille cu-
ius desiderium impletur. igitur intelligitur d mi-
seria culpe q pstit in actu interiori malo. ¶ 7°. ar
guit Scot⁹ p rationē et pmo supponit q bonitas
actus moralis ē integritas coꝝ q fm rectaz rōnē
operantis dictant debere cōuenire ipsi actui. tūc
sic. vbi est alia et alia itegritas: ibi erit alia et alia
moralis bonitas. sed alia ē integritas eorū q fm
dictamē recte rōnis debēt cōuenire actui interio
ri et eorū que actui exteriori: igitur alia bonitas
moralis. et p consequēs in malis alia malicia mo
ralis. et hoc siue priuatiue tm siue cōtrarie. quia
aliqua discōueniētia repugnāt illis q debēt cōue-
nire. igitur et c. pbatio minoris. quia recta ratio
non dictat debere actui cōuenire: qd est impossi-
bile sibi cōuenire. nō aūt actui interiori ē possibi-
le cōuenire illud qd actui exteriori cōuenit vl pōt
cōuenire: et hoc intelligēdo d vtroq; actu fz suū
esse reale: et de eo qd sibi cōuenit fm tale esse licz
actui exteriori quatenus volitus est aliq modo
possit cōuenire denominatiue dnominatione q-
dā id qd cōuenit actui interiori. ¶ 8°. qr act⁹ inte
rior et exterior sunt due entitates: ergo distincte

bonitates cum bonitas non distinguat̃ ab eo qđ
est bonum. et ita cũ bonitas actus nõ distinguat̃
ab actu cuꝰ est bonitas nõ plus q̄ veritas a ve-
ro scia propositione vel signo alio quod p̄mo dr̃
verũ. distincte igit̃ sunt bonitates morales vl' ma
licie actꝰ interioris et exterioris. sed due bonita-
tes meliores sunt in circũstantijs q̄ alia illarũ so
lum. et sic de malicijs. igit̃ meliores sunt moralit̃
actus interior et exterior simul q̄ interior sine ex
teriori. et hoc ē etiã quod tãgit Scotꝰ in ꝺductio
ne precedẽtis argumẽti. potẽtie enĩ opatiue sm̃
eum actꝰ interioris et exterioris nõ sunt capaces
actuũ eiusdẽ rõnis. ergo alterius rõnis est actus
exterior et interior. et ꝑ ꝯsequẽs bonitas huius
distinguit̃ a bonitate illiꝰ siue eiꝰ bonitas sit actꝰ
seu eiꝰ integritas de qua supiꝰ tactũ est. ¶9°. q2
frustra videret̃ poni actꝰ exterior: quod falsũ est.
q2 ꝑ solos actꝰ interiores nõ sufficiẽter subuenire
tur paupibꝰ. nec frustra fuit mortuus Christus ⁊
passus. et tenet ꝯsña ex quo ꝑ actꝰ exteriores non
crescit meritũ nec demeritũ. ¶10. q2 sm̃ sanctos
Christi lanceatio erat nobis meritoria. et sꝫ eos
sumpserũt efficaciã noua sacramẽta. puta baptis
mus ex aqua et eucharistia ex sanguine q̄ ꝓfluxe-
runt de latere saluatoris dormientis: et tñ nulla
tunc fuit interior volitio meritoria: quia nec tũc
fuit aĩa saluatoris in statu merẽdi. nec ibi etiã si-
cut fit in alijs actibꝰ cõmuniter actꝰ interior intẽ-
ditur vel melioraẗ seu peioraẗ ex p̄sentia vel po-
sitiõe actꝰ exterioris. igit̃ quicqđ accrescebat me-
riti: erat ꝑ additionẽ actꝰ exterioris ad actꝰ inte-
riores qui p̄fuerãt. ¶11°. omissio actꝰ interioris
et exterioris simul: peior est et grauior q̄ alteriꝰ
tm̃. ergo et positio amboꝝ simul: melior est q̄ in-
teriorum tm̃. ꝯña patet ꝑ illã regulã thopicã. il-
lud est meliꝰ cuiꝰ oppositũ est peius. et pꝫ ꝑ exem-
pla. quia enĩ dei volitio ē optima: ideo eiꝰ odium
est pessima volitio. Assumptũ ꝓbaẗ exẽplo. peiꝰ
est enĩ paupem in necessitate positũ nec interius
diligere nec exteriꝰ subuenire: q̄ cum nõ diligere
et tñ sibi subuenire. peius etiã est nec bene facere
exterius nec velle benefacere: q̄ alterũ solũ. igit̃
et c̃. ¶12°. duobꝰ equalibus in culpa et pena sibi
debita infligi in purgatorio: et dũ viuerẽt equalit̃
disponentibꝰ de bonis temporalibꝰ ꝓ animabꝰ
suis tribuẽdis et sic morientibꝰ: si pro vno fiũt ele
mosine et procurentur orationes et misse de bo
nis eius relictis per fideles executores et non ꝓ
alio: tunc primus citiꝰ liberatur q̄ secũdus: alio-
quin superfluerent suffragia pro mortuis. et ta-
men per omnes actus suos interiores: equaliter
liberari meruerunt. igitur opera illa exteriora ad
dunt: addunt accelerationem expeditionis a pe-
na et per consequens faciunt ad augmentũ glo-
rie saltem extensiue per durationem a parte ante
¶13°. mentiri est graue peccatum ex hoc q̄ men
dacium tale est. sed illa grauitas non est tm̃ ex a-
ctu interiori q̄ exteriori simul. quia mendacium
non potest esse sine actu exteriori cum sit falsa vo
cis significatio cum intentione fallendi. igitur ex
actu exteriori aggrauatur peccatum super actũ
interiorem. ¶14°. quia sꝫ Gregorium. 24. mo
ralium. Hoc inquit leuiatan vel vasa eius habe-
re crebro proprium solent: q̄ ad iniquitatis sue
cumulum ea que nequiter appetunt vel expetũt:
explere possunt. cum autem fortasse infirmantur
electi atq̄ in desiderijs illicitis ruunt: hoc pluri-
mũ q̄ diuino munere in actu retinetur: q̄ volun-
tatis misere nullos effectus inueniunt. ex hoc ar
guitur ad propositum. ¶15°.. quia Cassianus
in libro collationum. quedam inquit vitia consu-
mari nõ possunt sine actu corporali vt castrimar-
gia et fornicatio. quedam autẽ possunt consuma
ri sine vlla actione corporis vt superbia. hec ille.
¶16°. quia quantũcũq̄ in principio misse quis
vellet celebrare et verba sacramentalia ꝓferre:
nisi proferat illa non consecrabit. et si vnus alius
cum actu voluntatis remissiori verba debita ꝓ-
ferret: consecraret. plus igitur valent velle pro-
ferre verba et proferre q̄ velle tm̃ illa proferre
omnibus alijs existentibus paribꝰ. igitur similiter
in proposito. ¶17°. quia vadens ex ꝓposito ad
sanctum Jacobum et iter suum continuans sed
volitionem et propositum per distractionem va
rians et interrumpẽs: aut meretur aliquid ꝑ am-
bulationem suam dum totaliter distrahitur: ⁊ ha
betur intentum. quia illud quod ibi additur de
merito: non prouenit ex nouo merito per actus
interiores. si non: igitur talis per tantũ et totum
laborem quem agit sic distractus: nichil meretur
quod videtur inconueniens. ¶18°. non minus
vt videtur actus exterior additus interiori abso
lute meritorio addit meritum: q̄ exterior addi-
tus interiori condicionaliter addit meritum. sed
in secundo casu crescit meritum per actum exte-
riorem. vt pote si quis vellet vt quicũq̄ de nouo
intraret ecclesiam ibi exaudiretur sicut Salomõ
et multi sancti vt beata Catherina vt si Christꝰ
orasset exauditus fuisset. q̄ si corpus suũ mortuũ
lancearetur: tale bonum proueniret fidelibus su
is. igitur pari ratione exterior additus interiori
absolute: erit meritorius. i. non dependenter ex
talibus condicionibꝰ addit meritum. ¶19°: naꝫ
extra de hereticis ad abolendum: excomunicat̃

quilibet qui aliter sentit de articulis fidei et de p̄ceptis decalogi q̄ȝ sentiat romana ecclesia. sed ecclesia romana sentit q̄ impossibile ē hominē saluari sine fide. ista aūt positio euacuat necessitatē fidei. igiẗ et c̄. Assumptū patet. quia ponaẗ q̄ sint duo homines volūtarij ad credēdū aliquē articulū: alter credit et alter impediẗ ab actu. dicere igitur q̄ ille q̄ nō credit tantū mereẗ sicut alẗ credens: est destruere necessitatē fidei. sed hoc videtur illa opinio dicere. igiẗ et c̄. Itē videtur q̄ illa opinio aliter sentit de preceptis decalogi q̄ȝ sentiat romana ecclesia. q2 ponaẗ q̄ duo essent eq̄lis voluntatis ad idolatrādū: vn⁹ impediẗ ab actu exteriori et alter nō sed facit idolatriā. dicere igiẗ q̄ ille tātū peccet vt iste ē alr sentire. i. q̄ nō oportuit illud preceptū fuisse datū. ¶ 20. quia Christus a ꝯceptione voluit redimere gen⁹ humanū. si igitur illa volūtas sufficit: frustra p̄ōebaẗ illa redēptio. si nō: hoc est cōtra opinionē. ¶ 21°. arguit Aureolus. suppono inq̄t q̄ bonitas moralis p̄ēsatur ex fine. tūc arguo sic. illud qd̄ hēt specialem et ꝓpriā rōnem et modū tendēdi in finē: hēt propriā bōitatē moralē. hoc patet p̄supposito q̄ act⁹ dicitur moralis ex fine et bon⁹ moraliter in ordine ad finē. igitur q̄ habet aliū et aliū modū attingendi finē: necessario habet aliā et aliā bonitateȝ moralem. et idem dico ꝑ oppositū de malicia. sed act⁹ exterior habet aliū et aliū modū attingendi finē. quod ꝓbaẗ inducēdo. nā actus fortitudinis in effectu posit⁹: ꝓcurat et attingit bonū reipublice et ciuitatis: qd̄ nō attingit act⁹ interior quātūcūq̄ȝ efficax: sic etiā de martyrio cui⁹ finis ē approbatio et testificatio veritatis fidei christiane. et apparet q̄ aliter āttingiẗ iste finis q̄ ad extrīsecos per actū exteriorē positū: q̄ȝ ꝑ solū interiorē. similiter etiā in actib⁹ malis idē patet. magis enī offēdit rempublicā ꝛ dānificat q̄ de facto ꝑpetrat homicidiū: q̄ȝ q̄ tm̄ ꝑpetrat cōsēsu et electiōe iteriori. ¶ 22. arguit. q2 eē morale ē eē volūtariū. sȝ act⁹ efficax interior et exterior sunt plura volūtaria. habēs enī actū interiorē: habet vnū voluntariū. habēs aūt cum hoc actum exteriorem: hēt aliud voluntarium. igitur et c̄. ¶ 23° sic. bonitas act⁹ moralis consistit intrinsece in integritate ꝓpriarum circunstantiarum debitaruȝ inesse ipi actui. tunc sic. illi actus qui habent alias et alias intrinsecas circunstantias: habent aliam et aliam bonitatem ex concursu propriarum circunstantiaruȝ. sed actus exterior habet alias et alias circunstātias dictatas a ratione debere inesse ei alias a circunstantijs quas recta ratio dictat debere inesse tantū actui interiori. igiẗ et c̄. maior patet ex 2° ethicorum. minor patet per experientiam. et patet ex hoc quia actus exterior habet alium finem et alio modo attingit finem qui est circunstantia principalis.

Quantum ad articulum tertium primo notandū est q̄ aliud ē dictu esse plura peccata ꝛ aliud esse plures malicias vel deformitates peccati. et ratio differentie est. q2 plura peccata vel sunt plures actus in genere moris sicut peccata cōmissionis: vel sunt plurium huiuscemodi actuum omissiones. q̄m vt de peccato cōmissionis. S. T. dicit in q. de malo. q. 2°. ar. 2° in cor. peccatuȝ nō est deformitas sed est deformis act⁹. neq̄ȝ ē ipsa priuatio boni sed ē act⁹ aliquo bono ꝑuat⁹. pctm̄ vero omissionis: omissio est alicu⁹ act⁹. ac ꝑ hoc plura omissionis peccata: pluriū actuū sunt omissiones. plures vero deformitates aut malicie: nō necessario exigunt actuū moraliū pluralitatē: cum vn⁹ act⁹ p̄ase in genere moris: plures quandoq̄ȝ habeat d̄bite bonitatis defect⁹ ac deformitates: sicut alienā rem tollere ad inimicitias nutriēdas vel quocūq̄ȝ alio malo fine: vnū tātūmodo peccatū est et vn⁹ act⁹ plures hn̄s deformitates. vn̄ Sāct⁹ Tho. aliā mouet q̄stionē vtrū eadē sit bonitas vel malicia act⁹ interioris et exterioris: et aliā vtrū act⁹ exterior et interior sint duo peccata. et ideo in locis ꝓ prima cōclusione allegatis tenēs q̄ act⁹ voluntatis interior et exterior ē formaliter vn⁹ act⁹ et vnū peccatū quando interior act⁹ est cōiunct⁹ exteriori. vt cū q̄s volens orare orat: aliā bonitatē vel maliciā attribuit actui exteriori tanq̄ȝ sibi ꝓpriā vt illā q̄ ex obiecto et circunstātijs ꝓuenit: et aliā attribuit actui interiori vt illā que ex fine intēto et ex ipsa volūtati libertate depēdet: quāuis vtriusq̄ȝ act⁹ bonitateȝ vel maliciā: alter alteri cōmunicet. ita q̄ vn⁹ act⁹ in genere moris et formaliẗ sumpti: sunt plures bonitates vel malicie. et dico in genere moris ꝛ formaliter sumpti: q2 q̄ȝᵐ ad genus nature et q̄ȝᵐ ad sui materiale: act⁹ interior et act⁹ exterior plures act⁹ sunt. nulla ergo repugnātia esse puteẗ in nostris cōclusionib⁹ dū in p̄ma diciẗ q̄ act⁹ interior et act⁹ exterior sibi cōiunct⁹ in malis nō sunt duo peccata sed vnū: et dū in secūda diẗ q̄ act⁹ exterior aliquā addit bonitatē vel maliciā sup actū interiorē. nam vt ex supra dictis patet: plures d̄formitates et malicie inq̄ȝᵐ hm̄oi: non semp sufficiūt plurificare peccata. et vnū peccatum plures pōt habere deformitates et malicias.

¶ Secundo Notandū est prout S. Tho. docet p^a. 2^e.
.q.18^a. arti.2°.et.3°.et.4°. ꝙ actus exterior tri-
pliciter pōt dici bon⁹ vel malus moralit̄. vno mo
do ex ꝓprio obiecto. sicut enim res naturalis ha
bet spēm ex sua forma: ita actio habet spēz ex suo
obiecto qđ se habet vt ei⁹ forma quēadmodum
mot⁹ ex termino. et ideo sicut prima bonitas rei
naturalis accipit̄ ex sua forma que dat rei spēm:
ita et pma bonitas act⁹ moralis accipit̄ ex ꝓprio
obiecto. i. sibi conuenientē. et consimiliter in malis
actibus pma malicia attendit̄ ex obiecto. vñ et a
quibusdā huiuscemodi bonitas vel malicia dicit̄
esse ex genere: genere ꝓ specie accepto eo modo
loquēdi quo totam humanā spēm vocamus hu-
manū gen⁹. Alio modo actus exterior dr̄ bonus
vel mal⁹ ex debitis aut indebitis circunstātijs q̄
ad pmā bonitatē vl' maliciā aliquid supaddūt.
quēadmodū ex supueniētib⁹ accidētibus aliquid
bonitatis addit̄ in reb⁹ naturalib⁹ ad earū speci-
ficam bonitatez quā a forma substātiali hñt. non
enim tota rei bonitas in ei⁹ specie cōsistit. Tertio
modo dicit̄ actus exterior bon⁹ vel malus ex or
dine ad bonū vel malū finem. ſm eni ꝙ act⁹ ex-
terior per iudicium rationis et per intentionem
ac electionem voluntatis ordinatur in bonum
vel malū finē: sic bon⁹ vel malus dr̄. Harū autez
triū bonitatū vel maliciaꝝ: primas duas habet
act⁹ moralis exterior ſm se quia ex ꝓprio obie-
cto cui cōnumerat̄ bonitas vel malicia circunstā-
tiarū: eo ꝙ ad bonitatē vel maliciā cōferunt ob-
iecti. nō enim dare elemosinā est act⁹ circa bonū
obiectū: nisi elemosina sit debitis vestita circun-
stantijs. Tertia vero bonitas vel malicia que est
in actu exteriori ex ordine ad finē: nō ſm se con-
uenit illi sed ex actu volūtatis interiori eo ꝙ pro
prium obiectū act⁹ interioris volūtatis est finis.
vnde et act⁹ interior volūtatis spēm accipit a fi
ne. a quo autem act⁹ vel actio spēm habet: est ip
sius obiectū. verūtamē et actus interior cōmuni
cat suā bonitatē vel maliciā actui exteriori. et ecō
tra act⁹ exterior suā bonitatē vel maliciā cōmuni
cat actui interiori. et vterqꝫ quodāmodo est al-
teri bonitatis vel malicie causa sicut et alter alte
rius est aliquo modo causa. ¶ Aduertendum tñ
ꝙ act⁹ iterior hēt bonitatē vel maliciā ab actu ex
teriori: nō quidem ſm ꝙ est exercit⁹ sed ſm ꝙ est
intētus et volitus. qꝛ ſm ꝙ est exercit⁹: sequitur
actū interiorem volūtatis et ad illuz se habꝫ vt
effectus et non vt causa. vnde vterqꝫ actus exte
rior et interior denominatur bonus vel malus
et denominatione intrinseca ea. s. bonitate quaz
habet ex se: et denominatione extrinseca: bonita
te. s. illa quā alter alteri cōmunicat. dicitur enim
actus exterior bonus vel malus ex fine: quia ē in
tentus et volitus actu interiori volūtatis bonuz
vel malū finē intendētis. et dicit̄ act⁹ interior vo
luntatis bon⁹ vel malus ex obiecto. i. ex re voli-
ta et ex debitis circunstātijs: quia fert̄ in actū ex-
teriorē bonū vel malū ex obiecto et circunstātijs
sicut in obiectū volitū. huiuscemodi siquidē boni
tas vel malicia act⁹ exterioris nō deriuatur a vo
luntate sed magis a rōne sic illum ordinante et
dirigente prout. S. T. notat pma. 2^e. q. 20. arti.
pmo et. 2°. in cor. ¶ Ex quib⁹ infert̄ ſm doctri-
nam. S. T. pma. 2^e. q. 20. ar. 3°. ꝙ loquendo de
bonitate actus exterioris q̄ ei ꝯuenit ex ordine
ad finē: vna et eadē bonitas est actus interioris ꝛ
actus exterioris qui respicit finem mediāte actu
interiori per regulā pbi. vbi vnū ꝓpter alterum
vtrobiqꝫ est vnū. et pari modo loquēdo de boni
tate q̄ inest actui interiori ex debita materia. i. ex
re volita et ex debitis circūstantijs: eadē bonitas
est actus interioris ꝛ actus exterioris. quēadmo
dum eadē est sanitas qua medicina dicit̄ sana et
qua animal sanū dicit̄. nō enim dicit̄ medicina sa
na nisi quia sanitatem causat animalis. si vero lo
quamur de bonitate vel malicia quā habet ſm se
actus interior et de bonitate vel malicia quā ha-
bet actus exterior ſm se: tunc alia est bonitas vl'
malicia exterioris actus et alia est actus interio-
ris. et vt sic: alter ad alterum addit bonitatez vel
maliciam quia sibi inuicez bonitates et malicias
cōmunicāt. addit eni act⁹ interior ad bonitatem
vel maliciā quā ſm se hēt act⁹ exterior: bonitatē
vel maliciam ex ordine ad finē ac etiā bonitatez
vel maliciam quā ex libertate et dominio volun
tatis hēt necnon et ex habitu voluntatem infor
mante ſm quā bonitatem vel maliciā actus exte
rior habet rōnez laudabilis aut vituperabilis vl'
meritorij vel demeritorij. actus autem exterior
ad bonitatem vel maliciā actus interioris: addit
bonitatē vel maliciā ex debita materia et ex de-
bitis circunstātijs prouenientē. de bonitate vero
aut malicia quam participat ex ordine ad finem
vel ex libertate et dominio atqꝫ habitu informā-
te de qua intelligitur nostra secunda conclusio:
nichil addit actus exterior ꝑ se et directe ad ma-
liciā vel bonitatē actus interioris: cū vtriusqꝫ sit
vna et eadē numero huiuscemodi bonitas et ma
licia dicta ſm analogiā pmo et per se et denomi-
natione intrinseca de actu interiori. de actu vero
exteriori: per aliud et denominatione extrinse-
ca. verum est tamē ꝙ quādo aliquis act⁹ exterior

delectabilis est: actus interior volũtatis illi coniunctꝰ: pmptior et magis intensus redditur per actum exteriorẽ q̃z fuerat ante actũ. et ecõtra qñ actus exterior dificilis est ac tristis: actꝰ interior voluntatis ei cõiunctꝰ remissior est et quãdã tristiciam ac dificultatẽ ex actu exteriori nõnũq̃z habet. ac p hoc aliq̃d bonitatis vel malicie accrescit actui iteriori ex actu exteriori. sz hoc nõ ẽ p se ꝛ directe: ita q bonitas vl' malicia moralis actꝰ exterioris actui interiori adijciat: sz q2 ipse actꝰ interior p actum exteriorem excitat ꝛ fortificat ita vt in seipso itẽsior ꝛ melior vl' peior fiat. duos alios modos quibꝰ aliquid accrescit actui interiori per actũ exteriorem: ponit. S. T. pma. 2e. q. 20. articulo. 4° in corpe. sed q2 fm illos: actus exterior magis se habet ad incrementũ vel additionẽ actus interioris cõcomitatiue ꝛ sicut causa sine q non q̃z sicut p se ꝛ directe efficiens eo q p iterationem aut cõtinuationẽ actus interioris fiat talis additio: ideo illos hic pretermittimus. ¶ Et ex supra dictis accipitur q actus exterior nihil addit actui interiori q̃ztũ ad rationez laudabilis aut vituperabilis vel meritorij aut demeritorij respectu premij essentialis aut eterne pene. nã huiuscemodi rõnes: consequunt bonitatem vel maliciam quã actus habet ex ordine ad finem ꝛ ex libertate ac dominio voluntatis simul ꝛ ex habitu ipsam informante adaptando singula singul'. q̃ztũ vero ad pmiuz accidẽtale ꝛ ad alia bona que ad premiũ essentiale nõ ptinent: actꝰ exterior bonus aliquid addit ad interiorẽ actũ: eo q premiũ accidẽtale respõdet bonitati actꝰ exterioris quã habet ex re volita et ex debitis circunstãtijs. vnde martyri ex hoc sibi aureola debet: quia actum exteriorẽ ppessus: victoriam habet de inimicis fidei. et consimiliter ex hoc q quis in bonis actibꝰ exterioribꝰ frequent exercitat: magis ad bonum habilitat. ex quo fit vt in charitate crescat. actus etiã exterior q̃ztũ ad satisfactionẽ addit ad interiorem actũ. et pariformiter dicendũ est in q̃buscũis alijs q bonitatẽ actus exterioris consequuntur fm q exercitus ẽ. Accipiunt predicta ex dict' S. Tho. supra distin. 40. articulo. 3°. Et prima 2e. q. 20. articulis. 3°. et. 4°.

Quantum ad articulũ quartũ respõdẽdum ẽ obiectionibꝰ aduersariorꝫ. Et q̃dẽ ad argumẽtũ Gregorij cõtra pmam cõclusionẽ negat minor cũ sua pbatione. licet eniz furari et velle furari sint alius et alius actꝰ fm genꝰ nature et materialit': sunt tñ vnꝰ actꝰ formalit' sumptꝰ et in genere moris: ac p hoc sunt vnũ pctm̃ culpabile. et cõsonat hec respõsio dictis. S. T. in hac dis. q. pa. ar. pmo ad. 3m et. 4m. ¶ Ad pmũ contra secũdã cõclusionem dr q glosa inducta: apte repugnat textui et ideo non ẽ tenẽda. ¶ Ad. 2m negat assumptuz. et ad eius pbationez dr q articulus dãnatꝰ petri abaillardi fuit q neq3 ppt opa actui volũtatis cõiuncta neq3 ppter opa ipsi nõ coniũcta: qs efficit melior vel peior: ac p hoc q ppter opa exteriora nulla remuneratio vel dãnatio homini debetur. hic autẽ articulꝰ multũ dissimilis est nr̃e cõclusioni vt patet intuenti. ¶ Ad. 3m admittimꝰ ɔñam. et cõsequẽs est verũ loquẽdo de merito respectu premij essentialis. neq3 valet eiꝰ improbatio. nõ prima qm̃ aureola martirij nõ est aliquid ptinẽs ad premiũ essentiale. nõ etiã secũda de sacramẽto baptismi ppter eandẽ rõnem. et iterum q2 sacramẽta nõ hñt effectũ ex merito opantis: sed ex opere opato put dici hẽt in. 4°. sen. neq3 valet tertia. cõcedimꝰ eñi primã cõsequẽtiã cũ suo consequẽte. et ad eiꝰ pmã improbationẽ dr q assũptum ẽ falsũ ꝛ cõtra dñi sentẽtiã Matthei. 5°. dicẽtis: omnis q viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eaz: iam mechatꝰ est eam in corde suo. et pari modo dicendũ est de eo q volũtate cõsentit in homicidiũ etiam si nõ valeat ipm ope implere. Ad. 2m vero pbationẽ dicit q excomunicatio et irregularitas neq3 ptinent ad penã dãni neq3 semp pro maiori peccato infligũtur sed nõnũq̃z pro minori et aliquãdo p nullo. vñ verberans vnũ clericuz excomunicationẽ incurrit quã tamẽ nõ icurrit interficiẽs centũ laicos hoĩes: qd multo grauiꝰ peccatũ ẽ q̃z pmũ. et bigamꝰ ẽ irregulari' nõ aũt adulter: cũ tñ primꝰ nõ peccet: secũdꝰ vero grauit offendat. ¶ Ad. 4m cõcedit q i casu dato tãtũ peccaret ille q nemĩnẽ lesit quãtũ alꝰ q supueniẽtẽ hominẽ interficeret loquẽdo de peccato fz q respicit penã dãni iuxta itellectũ nr̃e cõclusiõis. vñ argumẽtũ nihil cõtra nos cõcludit. ¶ Ad. 5m dr q pcedit ex falso supposito. s. q actꝰ interior ꝛ exterior sibi cõiunctꝰ: sunt duo pctã qd. falsũ est vt ex pma cõclusione pz. ¶ Ad. 6m dr q ex auctoritate Augustini inducta nõ aliud habet nisi q miserior ẽ hõ volẽs et potẽs malũ facere: q̃z volens ꝫ nõ potẽs. et hoc nos nõ negamꝰ q̃ztũ ad penaz sensus ꝛ q̃dã alia q huiuscemodi penã ɔsequũt ꝛ q̃ztũ ad q̃sdã effectꝰ nociuos. itẽ q2 magis habilitat ꝛ inclinat ad malũ ex peccato ppetrato put S. Tho. inquit supra disti. 40. ar. 3°. in cor. sed licet sit miserior q̃ztũ ad ista: nõ obstat ɔclusiõi nr̃e q equalitatez ponit bonitatis vel malicie in actu

interiori et exteriori q̄ꝫm ad meritū vel demeritū
respectu premij essētialis. ¶ Ad.7m dicitur ꝙ ex
ipso eius ꝓcessu arguēs nō ꝓbat intētū. cōcedi-
mus enī ꝙ alia est bonitas moralis. q̄ debeť actui
exteriori f̄ʒ se: ꝛ alia ē q̄ debeť f̄ʒ se actui interiori
sicut dictū fuit in secūdo notabili quāuis alter al
teri suā bonitatē cōmunicet. veruntamē bonitati
q̄ actui exteriori debeť f̄m se. i. ex obiecto ꝓximo
et ex debitis circūstantijs: nō respondet premiuꝫ
essentiale. hoc ē dictu ꝙ act⁹ exterior ꝓpter taleꝫ
bonitatē: non est meritori⁹ p̄mij essentialis qd in
dei visione cōsistit: sed huiuscemodi meritū hēt
participatiue ex bonitate finis vltimi ad quē or-
dinatur et ex charitate a qua est imperatus. q̄ boni
tates actui exteriori cōueniūt nō f̄m se et infor-
matiue sed ꝑ cōmunicationē ab actu interiori cui
coniungiť. et ideo de huiusmodi bonitatibus nichil ac
crescit actui interiori ex actu exteriori: cum totuꝫ
habeat exterior ab interiori actu. Idē in sententia
respōdet. S. Doc. ad simile argumētū supra dis.
40. ar. 3°. ad. 7m. ¶ Ad. 8m dicitur ꝙ ꝓcedit de
bonitate q̄ cōuenit vtrique actui f̄m gen⁹ nature.
sed hui⁹ bonitatis pluralitas nō impedit idētita
tem bonitatis f̄ʒ gen⁹ moris. Sic respōdet. S. T.
ad simile argumētū p̄ma. 2e. q. 20a. ar. 3°. ad p̄m.
Et ꝑ hec patet respōsio ad reliqua q̄ arguens in-
ducit. ꝓcedūt enim de bonitate vel malicia act⁹
f̄m gen⁹ nature de qua nō loquiť conclusio nr̄a.
¶ Ad. 9m respondet. S. T. supra dis. 40. ar. 3°
ad. 6m negando ꝯsiam. nam voluntas tendit in
actū exteriorē sicut in obiectū. vnde si assit facul-
tas operandi: nō esset volūtas ꝑfecta nisi opare-
tur. et ideo nō est supfluū facere. qꝛ sine actione:
neque ipsa volūtas bona esset. et preterea act⁹ ex
terior in precepto cadit. et iterū ad premiū acci-
dentale cōfert. hec ille. sic etiā multa bona cōseq
possunt ex actu exteriori q̄ sine illo defuissent: sicut
pauperū subuentio: restitutio et satisfactio ꝓ pec
catis: redēptio generis humani ꝑ passionem et
mortē christi et cōsimilia. et tamē ꝑ ista ꝓut con
sistunt in actu exteriori ꝑ se nichil accrescit actui
interiori de merito vel de demerito respectu pre
mij essentialis. ¶ Ad. 10m dr̄ ꝙ assumptū est fal-
sum neque sancti id intēdūt. vt enī. S. T. deducit
3a. parte. q. 50. ar. 6° in cor. et ad. 2m. mors xp̄i
ꝓut accipitur in facto esse. i. vt dicit separationē
factam corporis et anime: non potest esse causa
salutis nostre ꝑ modū meriti: sed ꝑ modū efficiē-
tie tantūmodo inq̄ꝫm nec ꝑ mortē diuinitas sepa-
rata fuit a xp̄i carne. et per consequens nec lacera
tio xp̄i fuit nobis meritoria etsi virtute diuinita-
tis fuerit causa effectiua profluxus sacramentoꝝ
baptismi et eucharistie. ¶ Ad. 11m patet respōsio
ex his q̄ dicta sunt in respōsione ad. 9m. procedit
enim hoc argumentū de peiore et grauiore non
respectu meriti vel demeriti q̄ꝫm ad premiū essē-
tiale sed respectu aliorum effectuū de quib⁹ non
itelligitur nostra cōclusio vt sepe dictū est. ¶ Ad
12m respōdet. S. T. in simili. 4°. li°. sentē. distin.
45. q. 2a. articulo. 4°. sub arti. p°. ad. 2m. ꝙ me
ritū quo decedētes in eadē charitate meruerūt:
non fuit meritū quo iuuamen suffragioꝝ directe
et absolute mererētur: sed fuit meritū cōdiciona
tum. nā meruerūt illud si ꝓ eis suffragia fierent a
viuis. itaque ambo ꝑ equalia merita q̄ habuerunt
dum viuerēt: equaliť habilitati sunt et facti ido-
nei ad recipiēdum suffragioꝝ iuuamē si ꝓ eis fie-
rēt. vnde si vnus iuuať quia ꝓ eo suffragia fiunt
et non alter: nō ideo est qꝛ illi accrescit ex suffra-
gijs maius meritū: sed qꝛ cōdicio meriti cum illo
impleta ē nō cū alio. ¶ Ad. 13m dr̄ ꝙ quāuis pec-
catū mēdacij q̄ꝫm ad gen⁹ nature mēdacij esse nō
posset sine actu exteriori: et tamē qcq̄d habet de
genere moris et culpabile ac demeritorium: hēt
ex actu interiori. nisi enī actus mendacij exterior
esset volitus et acceptat⁹ actu interiori volūta-
tis: neque peccatū esset culpabile neque vituꝑabile
aut demeritoriū sicut patet in furioso vel in dor-
miente vocis expressione mētiente. ¶ Ad. 14m.
et. 15m. et. 16m patet solutio ex respōsione ad. 3m
et ad. 6m. et ad. 9m. quicq̄d enī ex actib⁹ exterio-
ribus sacramētoꝝ argumenteť: nō est ad ꝓposi-
tum nr̄m cū effectus sacramētoꝝ non ex merito
oꝑantis sed ex oꝑe oꝑato habeant effectus suos
¶ Ad. 17m dr̄ ꝙ in casu dato si interruptio voli-
tionis fit ꝑ cōtrariū actuꝫ: oportet ad hoc ꝙ me-
ritū vie et laboris acquirat ꝙ noua volitione sibi
cōplaceat labor et via assumpta. si aūt interrup-
tio et distractio fiat non ꝑ cōtrariuꝫ actum sed ꝑ
cessationē actualis volitionis: prima intentio et
volitio que viam elegit et incepit: virtualiter ma
net per totum iter. propter quam iter ipsuꝫ et iti
neris labores sunt illi meritorij. vnde ex actu in-
teriori et non sine illo prouenit tota ratio meri-
ti. ¶ Ad. 18m dicitur ꝙ in secundo casu ibi posito
meritum non crescit vel acquiritur per actū exte
riorē nisi quia actus interior vel ponit vel accep
tat aut alio quis modo vult condicionē positiōis
exterioris actus. nā quātūcūque actus exterior in
effectu poneretur nisi esseꝫ volit⁹ actu interiori: me-
ritori⁹ nō eēt p̄mij eēntialis. qcq̄d sit de merito p̄-
mij accītalis vel alteri⁹ cuiuslibet boni. qm̄ tale me
ritū nō ē ad ꝓpositū nr̄e ꝯclusiōis. ¶ Ad. 19m ne
gať assumptū. et ad ei⁹ ꝓbationē diciť ꝙ in casu

dato supposito q ambo sunt omnino eque volun
tarij ad credendũ:si impedimentũ vnius illorũ sup
veniẽs facit eum penit⁹ impotentẽ ad credẽduꝫ:
cõsequẽtia est vera et tãtũ iste meretur apd deũ
premio essentiali q̃ꝫ alı⁹ q non impedit⁹ credit.
neqꝫ sic dicere:est destruere necessitatem fidei vt
arguẽs desipit:imo ẽ fidei veritatẽ astruere. nam
qꝛ credere ꝑut Augus. dicit in libro de p̃destina-
tione sanctoꝝ est in credẽtiũ volũtate:null⁹ cre-
dere põt in cui⁹ potestate et facultate nõ est act⁹
credẽdi:ac ꝓ hoc neqꝫ talis peccat nõ credendo
nisi impotẽtiã credẽdi culpa sua incurrerit. qñ vt
idẽ Aug⁹ inquit: sũme demẽtie est dicere aliquẽ
dãnari vel peccare ꝓ eo q nõ facit qđ facere non
põt. et Hieronym⁹ in expositione fidei catholice
illos dicit esse maledicẽdos: q deũ p̃cepisse homi
ni aliqđ ipossibile dicũt. vñ. S. Tho. 3° . li° sentẽ.
disti. 25ª. q. 2ª. ar. p°. sub ar. p°. in. c. dicit q non
habẽtes vsũ liberi arbitrij quẽadmodũ pueri et
stulti:nõ ꝑueniũt ad salutẽ merito ꝓprio sed me
rito alieno. s. xp̄i si baptizãt. ¶ Ad illđ aũt quod
addit de idolatria:dr q assumptũ ẽ falsum. et ad
eius ꝓbationẽ negat iterũ assumptũ cũ nõ tã fal
sum q̃ꝫ sit insipiẽter dictũ. imo opinio nr̃a conso-
nat veritati q de p̃ceptis decalogi est tenẽda. nã
vis ⁊ obligatio p̃ceptoꝝ decalogi:nõ stat p̄ncipa
liter in actib⁹ exterioꝛib⁹ sed in interioꝛib⁹ sine q
bus act⁹ exterioꝛes p̃cepta nõ essẽt. vnde in pre-
cepto de actu exterioꝛi vt cũ dr nõ furtũ facies:nõ
solus act⁹ exterioꝛ ꝓhibet: sed et p̄ncipalit interi-
oꝛ act⁹. vñ. S. T. in bac dis. q. pª. ar. p° ad p̄mũ.
In hoc p̃cepto inquit non cõcupisces reꝫ ꝓximi
tui:nõ ꝓhibet illa volũtas furãdi q est coniũcta
actui:sed q est ab actu separato. q etiam sine actu
quãdã turpẽ iocũditatem hẽt. q aũt cõiuncta est
actui:ꝓhibet illo p̃cepto quo furtũ ꝓhibet. nihil
enim cadit sub precepto vel ꝓhibitione: nisi ꝑm
q est in volũtate. hec ille. ¶ Ad. 20ᵐ dr q argu-
mentũ magis est ad ꝓpositũ nr̃m q̃ꝫ ad oppositũ.
nam qꝛ Christ⁹ ab instanti cõceptionis voluit re
dimere gen⁹ humanũ: meruit ipsi⁹ redẽptioneꝫ
et ei⁹ voluntas sufficiẽs fuit ad tale meritũ. neqꝫ
tamẽ frustra posita est redẽptio ꝑ actualẽ passio-
nem. qñ valuit ad removẽda illa ipedimẽta qb⁹
impediebamur ꝯsequi effectũ suoꝝ p̃cedẽtiũ me
ritoꝝ. Sic respõdet. S. Tho. ad simile argumẽ
tum. 3ª parte. q. 48. articulo p̄mo ad. 2ᵐ. et. 3ᵐ
Et ad p̄mũ inquit. passio in q̃ꝫ ẽ h̃ni ori:non ẽ me
ritoꝛia quia habet p̄ncipiũ ab exterioꝛi. sed in q̃ꝫᵐ
est acceptata per voluntateꝫ: sic habet ab interi-
oꝛi p̄ncipiũ et hoc modo ẽ meritoꝛia. ¶ Ad. 21ᵐ
dicitur q maioꝛ habet veritatem de illo actu qui
habet specialem et ꝓpriã rõnem formalem ꝑꝫ q
est moralis. et tũc ad minoꝛẽ dicit q ẽ falsa. neqꝫ
valet eius ꝓbatio qñ assumit falsum loquẽdo đ
actu interioꝛi q habet exterioꝛẽ cõiunctũ quicqđ
sit de actu interioꝛi separato ab exterioꝛi. nõ eniꝫ
martyriũ q̃ꝫᵐ ad actũ exterioꝛẽ: habet ꝓ fine te-
stificationẽ et approbationẽ veritatis fidei xp̄ia-
ne nisi in q̃ꝫᵐ est ꝑ actũ interioꝛẽ volitũ et oꝛdina
tum ad talẽ finẽ. et cõsimilit dicendũ est in acti-
bus malis. exẽplũ aũt de reipublice dãnificatiõe
ex facto homicidij:non est ad ꝓpositũ nr̃e cõclu
sionis que loq̃tur de eq̃litate vel ineq̃litate actuũ
respectu premij essẽtialis. ¶ Ad. 22ᵐ dicitur q
minoꝛ est falsa de volũtario formaliter sumpto.
quãvis eni act⁹ interioꝛ et act⁹ exterioꝛ sint plu-
ra volũtaria materialiter sicut et plures act⁹: sũt
tamẽ vnũ volũtariũ formalit: qꝛ vna voluntate
et vna volitione ambo dicunt volũtarij. vnus. s.
interioꝛ denominatione intrĩseca: alius. s. exteri-
oꝛ denominatione extrĩseca volũtario. s. act⁹ in-
terioꝛis. ¶ Ad. 23ᵐ. dicit q maioꝛ intelligit de
alietate formali et quãdo alij nõ dependẽt ex ali
js: et in hoc sensu minoꝛ est falsa. nã licet act⁹ in-
terioꝛis et exterioꝛis sint alie et alie debite circũ-
stantie materialit: circunstãtie tñ act⁹ exterioꝛis
formaliter depẽdẽt ab actu interioꝛi. non eni ille
essent circunstãtie moꝛales nisi essent volite: ac ꝑ
hoc ab actu interioꝛi habẽt formalit q sint debi-
te circũstãtie moꝛaliter. ¶ Ad argumentũ ante
oppositũ respõdet. S. Tho. in hac distin. q. p̄ma
articulo p̄mo ad p̄mũ. q loquẽdo đ actu exterio-
ri ꝑut est coniunctus interioꝛi: idẽ preceptũ ⁊ ꝓ-
hibitio est đ vtroqꝫ. vñ in ꝓhibitione furti vterqꝫ
actus est ꝓhibitus sic in respõsione ad. 19ᵐ lati⁹
deductũ fuit. Et in hoc articulus terminatur.

¶ Distinctio. xliij.



Irca q̃-
dragesimã tertiã
distictionẽ q̃ritur
vtruꝫ om̄e pctm̃
sit moꝛtale. et ar
guitur q sic. qcqđ
eni tollit v̄tuteꝫ
est pctm̃ moꝛta-
le. sꝫ oẽ pctm̃ tol-
